

CAPUT QUINTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Balsasari temulento, et sacra vasa profananti apparel manus scribens in parietis. Secundo, vers. 13, vocatus Daniel scripturam legit : mane, tekel, phares; docetque per ea exitum regi portendit. Tertio, vers. 30. occiditur Balsasar, succedit et Darius.

Note : Hoc caput secundum ordinem temporum ponendum erat post cap. vii et viii; sed Prophetam, ut dicitur Can. III, sape non sequuntur ordinem. Nec sit ergo Daniel hoc caput precedenti, ut historian, et finem similes regum Babyloniorum, scilicet Nabuchodonosoris patris, et Balsasaris filii, pertexat. Daniel enim hic primo historias omnes simul enarrat usque ad caput septimum : inde usque ad cap. xiii, visiones suas et prophetias simul ordine prosequitur.

1. Balsasar rex fecit grande convivium optimatibus suis mille : et unusquisque secundum suam hibebat ratem. 2. Praecepit ergo iam temulentus ut afferrentur vasa aurea et argentea, que asportaverat Nabuchodonosor pater ejus de templo, quod fuit in Jerusalem, ut hiberent in eis rex et optimates ejus, uxoresque ejus, et concubines. 3. Tunc allata sunt vasa aurea et argentea, que asportaverat de templo, quod ^{tempore Cyrus} : et hiberunt in eis rex, et optimates ejus, uxores et concubines illius. 4. Bibebant vinum, et laudabant deos suos aereos et argenteos, aereos, ferreos, ligneosque et lapideos. 5. In eadem hora apparuerunt digiti, quasi manus hominis scribentes contra candelabrum in superficie parietis aula regia : et rex aspiciebat articulos manus scribentes. 6. Tunc facies regis commutata est, et cogitationes ejus conturbabant eum : et compages renum ejus solvabantur, et genua ejus ad se invicem collidebantur. 7. Exclamavit itaque rex fortiter, ut introducerent magos, Chaldaeos, et aruspices. Et proloquens rex at sapientibus Babylonis : Quicumque legerit scripturam hanc, et interpretationem ejus manifestam mihi fecerit, purpura vestierit, et torqueum aureum habebit in collo, et tertius in regno meo erit. 8. Tunc ingressi omnes sapientes regis, non potuerunt nec scripturam legere, nec interpretationem indicare regi. 9. Unde rex Baltassar satis conturbatus est, et vultus illius immutatus est : sed et optimates ejus turbabantur. 10. Regina autem, pro re qua acciderat regi, et optimatibus ejus, domum convivii ingressa est ; et prologos ait : Rex, in aeternum vive : non te conturbent cogitationes tuae, neque facies tua immutetur. 11. Est vir in regno tuo, qui spiritum deorum sanctorum habet in se : et in diebus patris tui scientia et sapientia inventae sunt in eo; nam et rex Nabuchodonosor pater tuus, principem magorum, incantatorum, Chaldaeorum et aruspicum constituit eum, pater, ingram, tuus, o rex : 12. quia spiritus amplior, et prudentia, intelligentia et interpretatione somniorum, et ostensio secretorum, ac soluto ligatorum, inventae sunt in eo, hoc est in Daniela : cui rex posuit nomen Baltassar. Nunc itaque Daniel vocetur, et interpretationem narrabit. 13. Igitur introductus est Daniel coram rege. Ad quem prefatus rex ait : Tu es Daniel de filiis captiuitatis Judee, quem adduxit pater mens rei de Judea? 14. Audiri de te quoniam spiritum deorum habebas : et scientia intelligentia ac sapientia ampliores inventae sunt in te. 15. Et nunc intrgressi sunt in conspectu meo sapientes magi, ut scripturam hanc legerent, et interpretationem ejus indicarent mihi : et nequierunt sensum hujus sermonis edicere. 16. Porro ego audiri de te, quod possis obscura interpretari, et ligata dissolvere : si ergo vales scripturam legere, et interpretationem ejus indicare mihi, purpura vestieris, et torqueum aureum circa collum tuum habebis, et tertius in regno meo princeps eris. 17. Ad que respondens Daniel, ait coram rege : Munera tua sint tibi, et dona domus eius.

tua alteri da : scripturam autem legam tibi, rex, et interpretationem ejus ostendam tibi. 18. O rex, Deus altissimus, regnum et magnificientiam, gloriam et honorem dedit Nabuchodonosor patri tuo. 19. Et proper magnificentiam, quam dederat ei, universi populi, tribus, et lingue tremebant et metuebant eum : quos volebat, interficiebat : et quos volebat, percutiebat : et quos volebat, exaltabat : et quos volebat, humiliabat. 20. Quando autem elevatum est cor ejus, et spiritus illius obfirmatus est ad superbiam, depositus est de solio regni sui, et gloria ejus allata est : 21. et a filiis hominum ejectus est, sed et cor ejus cum bestis positum est, et cum onagris erat habitatio ejus : femur quoque ut bos comedebat, et rore coeli corpus ejus infectum est, donec cognosceret quod potestatem haberet Altissimum in regno hominum : et quemcumque voluerit, suscitabit super illud. 22. Tu quoque filius ejus Baltassar, non humiliasti cor tuum, cum scires haec omnia : 23. sed adversum Dominatorem celum elevatus es : et vasa domus ejus allata sunt coram te : et tu, et optimates tui, et uxores tue, et concubine tua, vinum bibistis in eis : deos quoque argenteos, et aureos, et aereos, ferreos, ligneosque et lapideos, qui non vident, neque audiunt, neque sentiunt, lardasti : porro Deum, qui habet flatum tuum in manu sua, et omnes vias tuas, non glorificasti. 24. Idecirce ab eo missus est articulus manus, quem scripsit hoc quod exaratum est. 25. Haec est autem scriptura, que digesta est : MANE, THECEL, PHARES. 26. Et haec est interpretatio sermonis, MANE : numeravit Deus regnum tuum, et complevit illud. 27. THECEL : appensus es in statera, et inventus es minus habens. 28. PHARES : divisum est regnum tuum, et datum est Medis et Persis. 29. Tunc jubente rege, induitus est Daniel purpura, et circumdata est torque aurea collo ejus : et praedicat am est de eo quod haberet potestatem teritus in regno suo. 30. Eadem nocte interfectus est Baltassar rex Chaldaeus. 31. Et Darius Medus successit in regnum annos natus sexaginta duos.

4. BALSASAR FECIT GRANDE CONVIVIUM, — anno ultimo regni sui, quo et eversa Babylone, ut monachus excepit regnum Cyrus : fuit ergo hic annus primus monarchiae Cyri, quo etiam ipse Judeos et Babylonie liberos dimisi.

Quis fuit Balsasar? Responsio: secundum primam etiam Jer. xxvii, 7, dicitur, quod Nabuchodonosori servient omnes gentes, et filio ejus, et filio filii ejus. Quis est filius ejus, nisi Evilmerodach; quis filius filii, nisi Baltassar? (1) Unde Franciscus Ribera et alii sic comparant annos 70 captiuitatis Babylonicae : Nabuchodonosor, inquit, regnavit 45 annis; Evilmerodach 22, Baltassar tribus, qui simul juncti faciunt 70. Verum dici possit ad Jerom. xxvii, 7, ibi patrem esse Nabuchodonosorem seniorem, filium esse Nabuchodonosorem juniores, qui et Magnus est diuinus; filium fili esse Balsaram : nam haec verba dicta sunt Jeremie ad regum Joakim, quando adhuc regnabat Nabuchodonosor senior;

(1) Hanc sententiam probabiliorum esse satis clare demonstrat Rosenmüller, Alterthumsk. vol. I, part. II, pag. 87, not. 483; et optime Quatremere in opere cui titulus: Mémoire sur Daris le Môde et Baltassar, rois de Babylone (Annales de Philologie chrétienne, XVI, 317-336). De Sacy e contra in opere: Chronology, Biblique des empires de Ninive, etc., asserit Baltassar esse filium Nabuchodonosoris, cui immediate successit.

Quod si, ut oblicant, historia profana nullum regem Babyloniorum Balsaram vocatum commemorat, ea rati est, quod reges Orientales frequenter plura nomina haec bauerint. Autem recentius profecto nomine ignotum omnibus sicut libro hanc inveniunt.

Secundo, Pererius, Maldonatus, Hugo et alii censent Balsaram fuisse filium Evilmerodach, qui fuit filius Nabuchodonosoris, cuius proxime

nam junior regnarecepit anno quarto Joakim.

Tertio, alii censem Balsasarem hunc esse filium, non nepotem Nabuchodonosoris, esseque eumdem cum Evilmerodach. Hec sententia valde conformis est verbis Danielis: *primo*, quia Daniel in chronicis hisce regum Babyloniorum, post gesta Nabuchodonosoris, transit statim ad Balsasar; ergo hic ei proxime successit. *Secundo*, quia semper hic vocat eum filium Nabuchodonosoris, ut patet vers. 11, 13 et 18. Idem facit Baruch, cap. 1. *Tertio*, quia a Jeremias, cap. L, 2, Balsasar vocatur Merodach, qui idem esse videtur cum Evilmerodach: idem a Beroso et Josepho vocatur Labonitus et Nabonitus: nam littere L et N communantur, sicut L et R, utpote affines et liquide. Hinc pro Belial aliis dicunt Beliar, pro Nabuchadneser (id est Nabuchodonosor) in Hebreo legitur Nebuchadreder. Juxta hanc sententiam Balsasari, sive Evilmerodach, dandi sunt anni regni 34 (anni enim quos alii sacerdos dant Evilmerodach adjungendi sunt annis Balsasaris, cum fuerit unus idemque rex); hos enim si addas annos 36 Nabuchodonosoris, expelbis annos 70 captivitatis, qui incipiunt ab anno 11 Joakim, qui fuit 8 Nabuchodonosoris, et terminantur in ultimo anno Balsasari, qui fuit primus Cyril. Nabuchodonosor enim universum regnavit annos 44.

CONVIVIUM — Chaldaea $\square\text{ל}$ lechem, id est panem, hoc est epulum. Sio enim panis in Scriptura per synedochem significat quodlibet cibos et epulas. Graec. δεῖν, id est cenam. Veteri enim non prandebant, sed conabant, ut patet ex Athenaeo in *Diplosophistis*, sive *De Cenis superioribus*. Hinc convivium quodlibet vocatum est cena. Nota hic Balsasaris miram recordiam, vel praesidentiam, quod hoste vicino, et urbe ab eo circumessa, crupule indulget cum omnibus suis; unde just in pœna ebrietatis et sacrilegio, quo sacra vasa *hincessa* sua adhibendo profanavit, eadem nocte et regno et vita spoliatus est. Multi censem Balsasarem, presumis suis viribus et copiis, ac urbis munitioni, obcessum a Cyro et Persis induluisse genio, et agitasse convivia, ut ostenderet se Persas non timere, nec curare: quomodo Epaminondas, obssessus ab hostibus sibi insulstantibus, jussit milites convivile et ludicrare, ut ostenderet se hostium sannas contempnerem: testis est Diiodorus, lib. XII. Idem fecisse *Viriatum Lusitanum* a Romanis obssessum narrat Florus.

UNUSQUIS SECUNDUM SUAM BIBERAT ETATEN. — Quia quisque secundum etatem accumbebat, et *cylathum* prius vel posterius accipiebat, puta digniori et seniori prius, juniores posterius. Erant enim ordine per mensas et classes ita distributi, ut rex singulis classibus ordine prelibere et propinare posset. Videntur enim hi satrapa officio et dignitas fuisse pare, ita ut inter eos dignitatum esset qui erat senior. Simili enim modo Darius regnum divisit in 120 satrapias, et satra-

pas sequales, ut videtur. Nam eis omnibus tristatas prefecit, cap. VI, 1 et 2. Septuaginta, Paginus, Vatablus et alii vertunt: *Coram mille* (magnitudinis et ducibus) *bibebat vinum*; erat enim rex solus in una mensa, et regione illorum mille qui in altera mensa accumbebant. Nam Chaldaicum א alpha, et mille significat, et eum qui melior est, dignior, preplusus, et sic accept Noster. Unde sic ad verbum veritas: *Bibebat quisque secundum quod erat alpha*, id est senior et dignior. Porro Scholasticus explicat, q. d. « Cujusque ipsorum mille erat crater vini, et pincerna proprius. Hoc enim apud Persos solemniter est. »

2. PRECEPIT ERGO IAM TEMULENTUS. — Tradunt Hebrei, ut S. Hieronymus, hujusmodi fabulum: usque ad septagesimum annum, quia Jeremias captivitatem Judeorum dixerat esse solvendam, imperio suo timuit Balsasar; sed eo expleto irritans putans dei pollici actionem, versus in gaudium, fecit grande convivium, insultans quodammodo spes Judeorum, et vasum templi Dei; sed statim ultio consecuta est, » dum in hoc convivio peremptus est Balsasar, et Babylon capta.

Vide hic quoniam Balsasarem deduxerit temulentia. Audi S. Basilium, homil. De ebrietate: Aquagen exstinguit, vinum exstinguit rationem: aqua maris naves, vinum vitis homines submergit: ebriorum animas vino submersore sunt. Vigilantia et sobrietas faciunt homines, ebrietatis ex hominibus facti belluas. Hinc ita Isaia, cap. XXVII, 7: « Absorpti sunt a vino. » Absorberti ebrii venum, sed absorbentur a vino. Et Sapiens, Proverb. XIII, 34: « Eris quasi sopitus gubernator, amiso clavo. » Ebrius enim rationis clavum amato.

Secundo, ebrietetas uti rationis usum exstinguit, ita pravas animi cupiditates exscilat. Isaia V, 11: « Vero qui consurgunt mane ad ebrietatem sectandam, et potandum usque ad vesperam, ut vino testutus » Septuaginta vertunt: *Vinum enim succedit vel comburit eos*. Vide ibi dicta. Unde S. Basilios ebrium vocat demonem voluntarium. Demon ergo pejor est ebrius, quia voluntarius est demon, cum dum involuntarius sit demon. A demonie torquentur demoniaci, sed invicti et coacti: at ebrius ebrietate torquetur, quia placet.

Tertio, ebrietetas os, oculos, narres, omniaque sensuum organa facit amarissimas et fedissimas voluptatis cloacas, ita ut ebrii non homines, sed sues sint, imo subiiciunt tibiros. S. Augustinus, serm. 231 *De Tempore*, ebrios ait similes essa paludibus sordidis, in quarum aqua sordida serpentis, ranæ vermesque nascentur.

Quarto, S. Paulus ad Ephes. V, 18: « Nolle, ait, inebrii vino, in quo est luxuria. » S. Hieronymus, lib. II *Contra Iovinianum*, cap. VI: « Eius, ait, carnium, et potius vini, ventris saturitas, seminarium libidinis est; » nam « sine Cerere et Baccho friget Venus. » Audi exemplum horribile,

quod refert anchora serm. ad Fratres in eterno, apud S. Augustinum, serm. 33: « Ecce, inquit, hodie ebrietatem perpresso matrem pregnantem ne quiter oppressit, sororem violare voluit, patrem occidit, duas sorores vulneravit ad mortem. »

Quinto, quo magis repletur venter, eo magis sensus mentis obtunditur, homoque hebescit. Nam ex crasso ventre subtilis sensus gigni non potest. Rursum, ut ait S. Chrysostomus hom. I ad Popul.: « Non ita terra natura vexata aquarum superabundantia continue dissolvitur, ut corporis viva mollescit, diffundit, et exilis redditum vini potu continuo ingurgitata. »

Sexto, S. Augustinus supra: « Considerent, inquit, christi, si non peiores animalibus judicandis sint. Cum enim animalia amplius quam eis opus est bibere nolint, illi et diplini et triplum quam expectat eis potum accipiunt. »

Septimo, ebrii ex crapula continuo dormant, capite gravantur, oscitant, oculis caliginem, stomacho nauseam prese ferunt. Et, ut ait S. Basilius: « Eos videre licet oculi liventibus, cuta subpalida, spiritu gravi, lingua balbutiente, voce demissa et confusa, pedibus puerorum more infirmis et fibulatibus. » Quare Anacharsis censuit optimum remedium ebrietatis esse ebriorum indecoros et fodos mores intueri, qui tales sunt, ut S. Chrysostomus, homil. I ad Popul., ebrietatem vocet humani generis opprobrium. Hinc Lacedemones pueris ostendebant servos temporibus, ut viderent quam deformes sit speculum hominum ebrii, quamque es insanienti sit similis.

Otavo, Athenaeus, lib. XI, magnus poculum appellat argenteum, in quem scilicet cadit ebrius, animam et rationem suffocans, sequit et sua omnia demergens. Et S. Augustinus supra ebrietatem potum putat inferni. Vide plures de ebrietate notata Genes. XII, in fine.

5. IN EADEM HORA APPARERENT DIGITI QUASI MANUS HOMINIS. — Lyranus ex vox quasi autumat manum hanc vere non existit, sed tantum in phantasia regis, unde ab alio non esse visam. Verum utrumque falsum est. Nam Scriptura hanc manum scripsisse in pariete mane, tekeli, phares; ibique hec scripta legisse Danielum; cum ceteri litteras viderent, sed eas legere et interpretari nequerent. Dicit ergo « quasi manus hominis, » quia vero non erat manus hominis, sed ei similis formata ex aere condensato, et assumpta ab angelo, qui per eam scriberat in pariete.

SCRIBENTIBUS CONTRA CANDELABRUM, — ut scilicet ex lumine vicini candelabri legi posset hec scriptura: in cena enim nocturna, candelabro et lumine erat opus. Ita S. Hieronymus. Porro manus scribentibus apparuit, non ipse scribens, ut rex videret sibi parari insidias, et necem strui; at auctorem omnino ignoraret: et sic articulos tantum videret, manum non agnosceret, alii Pineda in Job cap. XVII, 10.

AULA REGIE, — ut sciret rex, et convivantes hanc scripturam ad se perlineret, inquit S. Hieronymus. Ille verum fuit illud vulgare proverbium: « Ubi uber, ibi tuber; ubi mel, ibi fel; » quod Plautus in *Amphytrione* hisce verbis declarat: « Ita diu placitum est, ut ab eodem culmine volupias et ci comed moror sequatur. »

8. NON POTERUNT NEG SCRIPTURAM LEGERE. — Queres, cur? Respondent aliqui Hebrei, quia hebrei scriptura erat Hebraica, non Chaldaica, unde a Chaldeis legi non poterat: sed ut deus fuisse Hebreum, quis credit neminem Chaldeorum scivisse hebreice? presertim cum Hebreica et Chaldaea tantum dialecto differant, sicut Attica et Dorica. *Secundo*, respondet Rabbi Stadias, non potuisse eos legere, quia littere erant mutatae, aut transpositae: sed hoc uti fingitur, ita rejeicit. *Tertio*, alii respondent perigrinas hanc fuisse litteras extraordinarias et insolentes. Ita Pineda, lib. V. *De Rebus Salinis*, cap. xiii. *Quarto*, alii, a Deo fuisse impedita Chaldaeos, ut Danihel hec gloria servaretur. *Quinto*, versimilius Maldonatus et Antonius Fernandius, *vision*. XXXIII, sect. 1, censem tantum litteras initiales singulorum variorum fuisse scriptas, scilicet M. T. P. Sic enim typographi hebrei initio operis versiculum aliquem psalmi, per litteras tantum initiales ascribunt, et sic conflatum est *Machobi*, id est Machabeus, ex initialibus litteris *Exodi* XV, 11: *Micamocha baetim Jehovah*, id est: *Quis similis tu in fortibus, Domine?* Hoe enim emblemata, quasi insignia beli et victorie, castris suis pratulerunt Machabeos.

Ita et Valens Imperator sciens talis a necromantico, quis post se regnaturus esset? Respondit magus fore illum cuius non nisi prima littera sunt *Theos*, (indicabat diem Theodosium Imperatorem). Quare Valens omnes qui Theodori, vel Theodosii, vel Theoduli vocabantur, occidi sunt, sicut Socrates, lib. IV, cap. xv.

Ita et Mauricio Imperatori (eo quod S. Gregorio restituit, eique et Roma ab Aistulpho obsecso non succurrisset) divinitus revelatum est eum occidendum fore, et privandum imperio ab eo cuius nomen a Pu. inchoabatur. Quia de causa Phillipus, sororis M. Irici maritus, in suspicionem affectati imperii adductus est. Sed mox in somnis per visionem intellexit Mauricium, se cum uxore et filiis a Phoca occidendum esse. Phoca ergo, ex militi creatus imperator, trucidavit Mauricium; sed patientem et gratias agentem Deo, quod se in hac vita potius quam in altera castigaret. Unde ad singulorum illorum in conspectu sui trucidationem, exclamabat: « Justus es, Domine, et rectum iudicium tuum. » Ita Cedrenus, Nicophorus, et ex iis Barouius, anno Christi 602.

Sic ubi cum gentilis esset, quasi propheticus indumentum est nomen Roma, in signum quod avitilia a Christo esset destruenda. ROMA enim, si

peccatum litteres. *X*alactor, idem est quod radix omnium iniquitatis avaritia, inquit Alexander Angelus, doctor theologiae, in *Somma*, part. VI, cap. XXXII. Christus enim urbem et orbem gentilium, et bonis et terra inluminant evertens et convertens, docuit et inspiravit contemptum terrenorum, et amorem celstorum, faciendo nos cives coeli, hospites et adventus terre.

Sexto et genuine, Chaldaei et Iudei scribentib; solas litteras consonantes sive punctis, sive vocalibus. Unde Coddice nesciebant que puncta hie essent substituta, scilicet an legendam esset *mene*, an *mine*, an *meno*, an *tekel*, an *tobel*, an *tarak*. Rursum, licet possent singulare puncta aliquip substituire, itaque ea legere; tamen non poterant in inter se connectere, ut sensum aliquem commundum et certum elicerent, praesertim quia singula verba per integrum sententiam explicanda erant, ita ea explicit Daniel, vers. 28.

10. *Hincus, etc., incassus,* — pala mater Balsasari, sive Liboniti, quia sapientissima fuit femina, inquit Herodotus. Ita Origenes, Theodosius et alii. Secundo, Josephus ait regnum hunc fuisse uxori regis, *Terto*, uti censem regnum hanc fuisse uxori regis. Loquitur enim quasi regina, id est quasi uxori.

Dices: Uxor assidebat regi in convivio vers. 2; quomodo ergo hic ingressa diebus domum convivit? Respondeo separata fuisse in hoc convivio de mera fratellina feminorum et virorum. Uxor ergo hinc non assidebat regi, sed ex fratellino feminarum surrexit. Et ingressa est in triclinium regis et virorum, in quo apparuerat manus scribens in parice.

Prima sententia videtur verior. Loquitur enim de gestis Danielis sub Nabuchodonosore, quasi senior et superior Balsasari, et quasi eorum testis et consilia. Nam ut illi S. Hieronymus: « Novit præterita que rex ignorat. Erubescat ergo Porphyrius, qui eam B. Iudas seminat uxori; et illudit eam plus seire quam maritum. » Porro matres regum, que ante eos fuerunt regnes, etiam filii regum, vocari solent regiae.

41. *EST IR IN REGNO*, — scilicet tunnil. Dices: Daniel ille quasi innoxius inducitur, hoc autem non videtur verum. Nam erat nobilissimum ipse ex oraculo et somnis declarans cap. XI, II, IV, immo a Nabuchodonosore predictus fueset toti Babylonie. Respondeo: Jam ab eo tempore elapsi erant 33 anni, quibus oraculorum illorum irrepsit oblitio: presertim, quia mortuo Nabuchodonosore, Balsas et successores eius sibi familiares proxevit, praefectus Babylonie. Unde Daniel tum videtur haec profectio fuisse defunctus. Id colligimus ex vers. 16, ubi rex promulgit Danieli, quod faciet eum tertium in regno principem, si scripturam legere possemus: ergo tum non erat princeps. Fuit nam in triclinio ob sapientiam, et ob statum quem subi Nabuchodonosore habuerat, apud Balsasrem in *Vita S. Hieronimi*.

Can in Sicilia de primoribus quidam, tumens morbo intercitus, eodem die quo ad Hilarionem

super omnes amicos ejus, ut dicitur cap. XIV, 1; huic famem ultimo et fatali regis convivio non interficit: quia se subduxit prævidens hanc manum, et infelizem ejus exilium. Itaque dispositus res suis, deditque se orationi, ut clamore quam avertire non poterat, saltem mitigaret: atque ad excedium Babylonis, novorumque regum, effectus Darii et Cyri adventum se comparavit. Notus itaque erat Daniel Balsasari, non ut propheta, sed ut prudenterissimus, qui sub Nabuchodonosore patre suo rexisset totum imperium. Ita ergo regina cum at prophetam regi innocescere fecit.

12. *LIGATORUM* — secretorum, et explicati difficultium: que enim ligata sunt, cognosci et perdiveri nequeunt, nisi dissolvantur et explicantur. Hinc S. Chrysostomus in *Psalm. xcv*, Danielum vocat « spiritualem scripturarum librum », eo quod ad litteras et res occultas explicandas non indigeret studio et lectio librorum; sed ipse in se ea contineret, et legere quasi in libro.

17. *MUNERA TUA SENTI TIBI*. — Ita Saneti munera, et omnia terrena conserperunt, ut ostenderent se non nisi Deum et divina spectare. Ita Eliseus non sicut accepere munera Naaman, quem a lepra curauit, *IV Reg. v. 16*.

Ita captiva mulier christiana inter Iheres, cum Christi virtute Iherem reginam a morbo curasset, a rege domis remunerari jussa, se divitis minime indigere respondit, pictetam se habens pro divitis assenseret, regemque manus amplissimum receperunt, si heu quem illa colebat, vellet agnoscere. Ita locuta, dona remittit. Ita Socrates, *Lib. I Histor. cap. xi*.

Ita fecit S. Hilarion: Orionis enim vir primarius, et diffissimus urbis Aila, possessus a legione demonum, post aliquot menses a S. Hilarione, non sine miraculo curatus est: non post multum temporis cum uxore et liberis venit ad monasterium, plurimam quasi gratiam redditurus, dona affluitus. Cui Simonus: « Non legisti, inquit, quid Gixi, quid Simon passi sint? quorum alter accipit preium, alter obtulit, utile videnter gratiam Spiritus Sancti, hic mereoratur? » Cumque Orionis flum dicent: Accipe et da pauperibus; respondit: « Tu melius potes tua distribuere, qui per urbes ambulas, et nosti pauperes; ego qui mea relqui, cur aliena appetam? molitus nomen pauperum occasio avaricie est; misericordia vero arte non habet. Nemo melius erogat, quam qui sibi nihil reservat. » Tristis autem et in terra jacenti: « Noli, inquit, contristari, fili; quod facio, pro me et pro te facio. Siemna haec accepere, et ego offendam Deum, et ad legio revertetur. » Alius diemiacus ab Hilarione curalus, simplicitate rustica decem, auri libras offertus, ab eo panem hordeaceum accepit, dicente: « Quid tali cibo alatur, aurum pro luto ducunt. » Ita D. Hieronymus in *Vita S. Hieronimi*.

Can in Sicilia de primoribus quidam, tumens morbo intercitus, eodem die quo ad Hilarionem

venerat, sanatus esset, postea ei offensus infinita munera, auditus ab Hilarione dictum Salvatoris ad discipulos: « Gratias accepistis, gratis date. » Ita D. Hieronymus ibidem.

Cum Eusebius eunuchus aurum summam vim Liborio Pontifici Romano, a Constantio Cesare excusare jussa, ejusdem Cesaris mandato, causa commutatis attulisset, recusavil Liberior, addens: « Tu ecclesias orbis terrarum expilasti, et jam mihi ut damnato et egredi afferas elemosynam? Abi primum, et christianus ipse fias. » Ita Theodoreus, lib. II *Eccles. Histor.*, cap. XVI.

Cum Christi virtute domum quamdam a peste liberasset S. Martinus, centum argenti libras pro honorario munere cibulatur: quas cum recipere detrectaret, discipulus ejus, id agre fortes, sue diebant inopine ea pecunia surrupe potuisse, nec temere tantum minus egenis fuisse abjectiendum.

Ad que respondit illi: « Ecclesia Christi nos vestit, et pascit. Gratias accepistis, gratis date. » Ita Severus Supinus, *Didach. III.*

Rursum Daniel hic exemplum dedit consiliaris principum, ut munera contumant. Felices principes qui tales vel habent, vel ascindunt consiliarios. Plato nullum præstantius prediutorum genus principibus esse dicebat, quas familiaritates eorum qui caparoni nescient.

21. *COR EJUS CUM BISTIS POSITUM EST*. — habuit cor, id est phantasiam, et appetitum non tam humanum, quam bestiale; ideoque fugiebat homines, et appetebat versari cum bestiis; unde de facto ad eas exxit, cum lisque versatus est.

23. *QUI HABET FLATUM* (halitum, spiritum vitalem, ipsamque vitam) *TIHUM IN MANU SUA*. — Quis ergo non timeat Deum, in cuius manu est halitus vita, anima, aeternitas, salvatio et damnatio nostra?

24. *IDICUR AB EO MISSUS EST ARTICULUS MANUS*, — hoc est manus cum digito et articulis se moventibus et scribentibus, ut dicunt vers. 5.

Nota: Chaldaice *תְּלֵבָבֶן תְּלֵבָבֶן* *passa* de *ida*, id est particula, vel, ut Pagninus vertit, palma manus, scilicet truncata a brachio. Ita Valabius Alii per articulum manus accepit digitum, quasi in parice non tota manus, sed solus digitus apparetur scribens. Unde Syrus vertit: *In eadem hora egressi sunt digitii manus hominis, et scribentes contra lucernam;* et Arabicus Alexandrinus: *In illa hora egressi sunt digitii manus et pariete contra lucernam super calice, rege videente ad palmanum hominis scribentem.* Ubi tamen ultimus verbis indeat fuisse integrum palmam et manum, idque uti concinnus, ita et verius videtur, idque diserte assert Arabicus Antiochenus: *In illa hora, inquit, exiit palma manus, et digitii hominis et pariete, scribentes contra lucernam;* *תְּלֵבָבֶן תְּלֵבָבֶן* *numeravit, numeravit* (id est «xadiissime et certissime numeravit»), *appendit, et dividentes*, scilicet sunt, id est dividunt regnum tuum Persae et Med. Pro upharsin, vers. 28, habetur *תְּלֵבָבֶן* *pater pater*, id est divisi, hoc est jam tantum certo dividit Deus regnum tuum, hocque apius respondet dubius aliis preteritis. Notat Fernandius, *vision. XXIII.*, *to numeravit*, immure breves fore dies regis: ea enim quorum est copia, non solemus numerare, sed ea quorum est paucitas et inopia. Hinc illud: « Pauperis est numerare pocus. »

Secundo, verbi potest per imperativum: *nume-*

*ta, numera; appende, et dividentes, scilicet sint. Hoc enim manus dictat sententiam Dei. Unde imperat dicens: *Numerā, appende, divide.* Verum quia sententia Dei est efficax, et mox sua jussa exsequitur; hinc numera idem est quod numeravit; appende, id est appendit; divide, id est dividit.*

Nota: *Upharsin* veri potest primo, et dividentes; secundo, et Persae; *Pharsin* enim sunt Persae, q. d. Persae instant ubi, et *Balsas!* qui cum Medis dividunt regnum tuum. Ita Arias Montanus. Sic filius Iudee, frater gemellus Zaræ, ab obstetrico vocatus est Phares. Dixit enim eo nascente ante Zaran: «Quare divisus es propter te macterias? Gen. cap. xxxviii, 29.

28. *NUMERAT DEUS REGNUM TUUM* (annos scilicet regni tui et imperii Chaldeorum, eosque numerando) *COMPLEVIT.* — id est primo, comprehendit esse completos: hic enim est septuagesimus et ultimus annus imperio Chaldeorum presstitus a Deo, per Jeremiam, cap. xxix, 10. Secundo, «complevit» id est suo decreto statuit ut jam compleatur et finiantur.

Audi similia portenta. *Judex* quidam Antiochenus, pridie quam periret Julianus Apostata, iuxta pretorium exubans, vidit congeriem stellarum, quae litteras in hanc sententiam exprimebant: «*Hodie Julianus in Perside occiditur.*» Ita *Zonaras*.

Supra linea Adrianopolitani palafii inter alia signa hieroglyphica, inventus est versiculus, qui significaret quemdam ex Palæologorum familia brevi moritum. Michael, Andronicus imperatoris filius, paulo post ibidem mortuus est. Ita *Gregoras*, lib. VII.

Rursum, quod hoc proprie pertinet, Dario Hyrcaspis Babylonem obsidens, cum eam expugnare non posset, Zopyri mula peperit. Unde Zopyrus omen capienda urbis accepit: audierat enim a quadam Babylonio urbem expugnandam, cum mula pareret. Mutilavit ergo se feude, itaque transfugit ad Babylonios, mentiens se a Dario ita mutilatum; quare dux exercitus et murorum custos ab eis creatus, urbem Dario tradidit. Ita *Herodotus*, lib. III.

Xerxes cum tot copiis Greciam invadens: «Equa seipso enixa est, quod facile erat ad conjectandum; fore enim et Xerxes exercitum adversus Graeciam cum maximo strepitu, et ambitionissime ducere, rursusque pro seipso sollicitus ad eundem locum Aiga recureret. Alterum ei quoque prodigium Sardibus exhibuit est: mula enim mullum edidit.» inquit *Herodotus*, lib. VII.

Ita Nero in Oedipode fabula, quam novissimam recitavit, in hoc versu decidit:

τοντεν μι ἀνεγέρεις τοντε, πατέρα.
Jussit mori me mater, uxor, et pater.

Nam et Oedipus patrem occiderat insciens, ma-

trem uxorem duxerat: ita Nero sciens Claudium patrem occiderat, matrem constupralam interficerat, et Octavianum uxorem indignis modis traherat. Ita *Suetonius* in *Neronem*.

Simile est, sed felicius quod narrat *Plutarchus* in *Rep. Apophth.* de Dionysio tyranno, quod, cum magistratus per litteras sorte crearentur, et ipsi contigisset littera p: dicenti curiam per jocum pæcœpius, id est stulta offeres. *Dionysi*; immo, inquit, *pæcœpius*, monachus era, et adeptus magistratus protinus electus est Imperator a Syracusani. Magni animi era, quod illo joco non offendebatur, contentus omni littera securus interpretari, hocque viam ei ad imperium stravit.

Simili modo, sed significacione et sorte meliore, S. Henrico Bavariae duci, marito S. Cunegundi apparuit S. Wolfgangus, in ali parte et scriptum ostendit, Post sex. Henricus putans post sex dies, deinde post sex hebdomadas, deinde post sex menses, denum post sex annos se moriturum, parabat se ad mortem. Verum eventus declaravit feliciter aliquid ei portendi, scilicet imperium: nam post sex annos creatus est imperator. Ita habet *Vita S. Henrici*, cap. II, quam edidit noster *Greterius* in *Sanctis Bambergensis*.

27. *TEKEL* — Hebrew dicunt *sakol*, id est appendit, ponderavit: unde dictus est siclus. Veteres enim monetam appendebant ad pondus, ut siclus habebat pondus quatuor drachmarum. Chaldei enim in multis nominibus Hebraicis pro *schin* substituunt *tau*, scilicet pro *tau* ponunt: et ut pro *sakol* dicunt *tekel*, pro *schel* *tekel*.

APPENSUS ES IN STATERA, ET INVENTUS ES MINUS HABENS, — *Mians* scilicet dierum, quam actas naturaque tua postulabant: ante diem enim naturalis mortis, in robore etatis violenta morte abriperies, inquit *S. Hieronymus* et *Maldonatus*. Verum haec et juveniles non solet a Deo appendi in statera.

Dico ergo: Alludat ad monetam levioris ponderis, quo refoi solet, q. d. Appensa sunt in statera, et, ut Chaldaea est, in bilace divine justitiae et examini, opera tua, bona et mala, o Balsasar! atque inventus es habere minus probitatis et honorum operum; plurimum vera habere superbie, crapule, et iniquitatis; ergo non meritis amplius regnare, aut vivere. Unde *Arabicus Alexandrinus* verit: *Inventus es minus habere de bono.*

Notat *Theodoreus* nihil esse apud Deum, quod non ponderetur, adeoque Dei misericordiam et lenitatem certo pondere et mensura hominibus adhiberi. Unde dicitur *Sapient.* XI, 21: «Omnia in mensura, et numero, et pondere dispositi.» Proprie vero Deus in statera judicii sui, bene et male facta appendit. Und. *Job* cap. VI, 2: «Utinam, ait, appendenter peccata mea, quibus iram merui, et calamitas quam patior, in statera!» Vide et *Matt.* cap. XXII, vers. 32. *Sic Virgilius*, lib. XII *Aeneid*, Jovem de *Eneae* et *Tur*

fatis ac sortibus ita juste judicantem inducit:

*Jupiter ipse duas sequato examine lances
Sustinet, et fata impunita diversa duorum:
Quem damna labor, et quo vergat pondere lethum.*

COMMENTARIA IN DANIELEM PROPHETAM, CAP. V.

In statera Dei sola virtus habet pondus: neque enim Deus ponderat, vel estimat auctos virum, argentum, principatos, prelaturas, etc., que apud homines sunt in pretio, ab hisque ponderantur; sed solum ponderat justitiam, id est virtutes et bona opera: hec enim aeternum glorie pondus operantur. *Unde Proverb.* VI, 2, dicitur: «Spirituum ponderatur est Dominus. In hac appendi optabat S. Job, dicens, cap. XXXI, 6: «Appendit me in statera justa, » hebr. *justitia*, « et scit Deus simplicitatem meam.» Quicunque Balsasar, carens *justitia* et virtutibus, in statera Dei cum omni sua pompa et gloria appensus, inventus est minus habens, id est levis et vanus. Hinc regno et vita exclusus audiit: «Divisum est regnum tuum, » quia ipse per impietatem a Deo se divisaret. *Unde Psalm.* LXI, 10, dicitur: «Mendacem filii hominum in stateris, ut decipiunt ipsi de vanitate in idipsum; » vel, ut alii vertunt: *Mendaces filii hominum si ponantur in stateris, ipsi pariter leviores sunt vanitatis*, q. d. Illa est mortali et mundanorum vanitas et fallacia, ut si in altera lance constituantur ipsi, in altera vero ipsissima vanitas et inanitas, ea sine dubio ponderabilis.

Rursum *Paterna* haec symbolum est exacte aquitatis et justitiae: hinc apud veteros Romanos aquitatis imago erat virgo quedam, tenens sinistra hastam, dextera justam stateram, ut videre est in nummis Galbae, Vitelli et Vespasiani. Hi enim imperatores, ut significantur esse aquitatis studiosos, eam in nummis suis sculpti curarunt. Sic autem Romanos Grecoe priegebant justitiam quia virginem, quae sinistra balancem, dextra gladium tenebat, quasi violante justitiae vindicem. Unde *Orpheus* in hymnis apud Stobaeum sic iam alloquitur: «O justissima dea mortalibus, beata, opitabilis! que semper justis hominibus proper bonitatem gaudens, veneranda, felicissima, gloriosa justitia, que pura semper mente digna cuique distribuit, ut integræ conscientia fruens; semper amant communis omnes, quotquot stateram tuam non subeunt, sed ultra ipsam lancibus duris inexpletibilliter declinant.» Hoc est quod ait *Sapiens*, Prov. XVI, 11: «Pondus et statera judicia Domini sunt.» Et *Iaia* cap. XXVI, 17: «Ponam in pondere judicium, et justitiam in mensura.» Et cap. XXVI, 8: «In mensura contra mensuram, cum abjecta fuerit, judicabis eam.»

Deus ergo justissimam et fidelissimam habet statera, in qua Balsas vita et merita ponderavit, atque omnium nostrum ponderabat. Hinc *Abbas Georgius* apud Sophronium in *Prato spirituali*: «*νε, αι, νοβι, φρατε!* quia nullam habemus compunctionem, sed in negligencia vivimus, cum ira Dei comprehendant nos, et in intrinsecis simus ut judicemur; ac sequenti die apparet ignis in celo, » index eternam hujus tristitiae.

Petri Te
bonitatem
actus sp
penit
statera

Si Petrus *Telonarius* ager in somnis vidi omnes actus suos in statera appendi a Mauris et Candidatis; cumque Mauri in unam lanceam omnia ejus peccata, quae a juventute commiserat, et quorum erat illo oblitus, imponerent; Candidati nihil invenientes aliud, unum panem, quem ipse indigenas pauperi dederat, in alteram lanceam imponerunt: itaque equalitas facta est; tandem dixerunt ei: «Vade et auge ad panem humum; nam vere *Ethiopess* isti apprehendent te.» Unde evigilans mutavit vitam, et ex avaro factus est summissus eleemosynari, ut etiam proprio corpori non parceret. Ita habet in *Vita S. Joannis Eleemosynari* scripta a *Leontio*.

Si merita S. Henrici Imperatoris qui fuit manus S. Cunegundi, cum eaque celebes vixit, S. Henricus post mortem appensa sunt in statera inter angelos et demones, cumque lances alternatim attollerent et deprimenterent ejus meritum et demeritum, supervenit S. Laurentius, qui item directum. Nam domo ab Henrico accepta, et sue ecclesiæ collata, in lance alteram meritorum ejus impositum: quo factum est ut illa gravior effecta, alteram in altum efficeret, eique preponderaret, atque hoc modo angeli victores evaserunt, amissione Henrici demouibus erexit in suum consistorium abdixerunt. Res hec fusa narratur in *Vita S. Henrici*, cap. XVIII.

Sed audi Caroli Magni merita in statera appensa. Rem narrat *Joannes Turpinus*, Archiepiscopus Rhemensis, in *Vita Caroli*, cap. XXXII: «Cum, inquit, apud Viennam in ecclesia ante altare, die quadam raptus in extasi, precibus insistebat, tetrorum agmina innumerabilis militum ante me preterire, ac versus Lotharingianum tendere agnivi. Qui cum omnes pertransirent, intuitus sum quendam illorum *Ethiopem* consimilem, retro lepto gradu alios insequentem. Cui dixi: Quo tenditis? Aquigranum, inquit, ad Caroli mortem tendimus, ut ejus spiritum ad tarata rapiamus. Cui dixi: Adjuro te per nomen Domini nostri Jesu Christi, ut peracto itineris tue dispositionis, ad me reverteri non rennas. Tunc modicum commorari, vix expletò psalmo, eodem ordine ad me redierunt, et dixi novissimum, cui prius locutus fueram: Quid egistis? Et dæmon: Gallicanum, inquit, sine capite, tot ac tantos lapides ac ligna basilicarum suarum in statera suspendit, quod magis appendenderunt bona, quam ejus mala, et idecirco ejus animam a nobis abstulit. Et, his dictis, demon evanuit; itaque intellexi eadem die Carolum ex hac luce migrasse, et subsidii B. Jacobi, cuius ecclesias multas adificaverat, ad superna merito regna subiectum. Subdit deinde visionis confirmationem: «Transactis post ejus mortem diebus quindecim, per

dum dedit, ab ipso tempore, quo ab Hispania recesserat, usque ad diem mortis seu illum assidue exortatus, atque endem et de hora, quae visionem ego videram, scilicet quinto Kalendas februario, anno Domini 814, ab hac vita mi-
grasse, et apud Aquisgranum in B. Marie basi-
lica rotunda, quam ipse edificaverat, honorifice
sepultum fuisse. Ita auctor hie, penes quem sit
fides; nam inscribit se Terpinus Rhemensis
Archiepiscopum, utpote quem constat ante Ca-
rolum Magnum esse defunctum. Quoique Pap-
rius Massonius censet libellum hunc ab homine
otiose esse conscripsum in gratiam juvenitiae
pauci post Carolum Calvum: ejus tamen versio
servatur in Bibliotheca regia in Cailla. Hinc et
Cardinalis Baroniensis, anno Christi 814, agens de
morte Caroli Magni, Antonius Possevinius in Bi-
blitho, in nomine Turpicius, et alii, eum vocant
fabulosum, immo mendaci insinuant.

28. *Divisus est regnum tuum*, — *jam jam, puta*
hoc noce: regnum tuum a te separatum et abla-
mum, dividetur inter Medos et Persas. Audite haec,
ebrii, audite, temerarii, qui assidetis mensis,
gaudentis, ridetis, sanitis, potatis; omnia vobis
lata sunt, omnia jucunda: at non videtis exten-
sam Dei manus super vos. «*Mane, numeravit*
Deus vitam tuam, et brevi complebit illum, forsan
in has horas, forsan in haec christet tua. Deus
ab eterno decrevit tibi diem et horam mortis:
dixit: *Ista hora, isto momento morieris: forde*
haec ipsa est hora tua fatalis. «*Tunc, appensus*
es in statu, et invenies as habentes minus sobrie-
tatis, minus rationis, minus virtutis; multum
vero crapulae, multum amentis, multum viliorum.
«*Phares, divisum est regnum tuum, di-*
visus es ipse tu: corpus tuum dabitur veribus
deorvarandum, anima demonibus: bona tua rap-
ient vel haredos perversi, vel executores audi-
pi, vel superiores iniqui. Vida quibus corpus
tuum saginasti; vita quibus tanto labore opes
per fas et nefas conservasti.

Tropologie, haec tria, inquit Pererius, sunt peccatoribus horrenda: *primo*, «mane,» scilicet numerus vite, id est mors; *secundo*, «tekel,» id est iudicium; *tertio*, «phares,» id est infernus, quia ad Deum, celo, Sanctis et vita eterna in aeternum ad Dividimus et separarunt.

Hoc tria invenimus: cerviciusque: inferius
ceti homines conseruantur, luxuriantur, saltant,
tripudiant; et hunc gladium capitio suo incun-
benficiis non timent, quia non vident. Narrat
Priscianus, *Tarponensis*, lib. V. *Hister*. *Franci* in
ter ex libro *Machaob.* Honora^r adio Danielem re-
liet malis diei aurum, vel qui discordantem
cladem remotam, et diu discordantem esse; ut
per Danielem deum placaret, clademque aver-
teret, et S. Hieronymus.

Gregorius subtilis. S. Salvini subtilis: *Videsne super hoc te-
cum quo ego suspicio? ouci ego: Video super te-
gubum quod neper rex poni precepit. At ille,
alta trahens suscipit, ali: Video ego evaginatum
ex divinae gloria super dominum han depen-
dum.*

Quo habebet potestem tertius in regno.
*Scelito primus in regno erat rex, secundus regnus
tertius Daniel, inquit Maldonatus (1). Alter S. H. re-
tronumus, q. d. Fecit ut Beniam esset tristata, si-
trumivit, puta ut esset unus et tribus regnus pri-*

(1) Vel potius primus locus regis, alter filii regis, tunc primi satraparum.

(1) Vel potius primus locus regis, alter filii regis, tius primi satraparum.

COMMENTARIA IN DANIELEM PROPHETAM, CAP. V.

cipibus : sic enim paulo post Darius Medus tres toti regno præfecit, ut palet cap. vi, 2.

30. EADEN NOCTE. — Non anni ejusdem, sed sequentis, inquit ex Guevara Alcazar in Apoc. XVI, vers. 12, not. 2. Quippe eadē nocte quotannis convivari conseruerat Chaldei, pervigilantes agentes cuiquam deorum; quale Livius, lib. XXIII, Campanos celebrasse commemorat, cum Graecis.

campione, quod non potest esse nisi clausus eos invastit simul omnibus portis. Verum contextus ipse immittit, non cedens nocte ejusdem anni captare esse Babylonem. Tis enim eadem nocte referendum est ad « Mane, Tekel, Phares », q. d. Eadem nocte ejusdem convixi, quia rex vi-
di manum viatorum, contra se scribentem sententiam mortis, interfectus est. Nec enim solitus sententia, presertim aedes efficax et miraculosa, ad annum differi: nec verisimile est Cyrus cum tantis copiis per totum annum et amplius obesse Babylonom. Nec oisist, quod « predicatione sit de eo [Daniel], quod potestatem habetur in regno suo » (Basiliscus). Id enim inter magnates, qui mille in convivio aderant, ibidem eadem nocte iussu regis predictatum et proclamatum est. Solent enim exemplares castigationes Dei, presertim circa sacrilegos (qualis haec erat) esse subite et repente.

INTERPECTUS EST BALSASAR, — capta a Cyro Ba-
bylone. Falsum ergo est quod ex Beroso scribitur
Josephus, lib. 1 *Contra Apionem*, Cyrum, capta Ba-
bylone, regem Balsasarem (quem ipse Nabonnes
dum vocat) benigne accepisse, eique ad habitan-
dum Carnamianum assignasse.

demum Babylonum circa eam minutas tessas esse cisse, et eo die quo subcolit Babylonios festum actros, et se inebriaturos, subito de nocte, compotibus et bochartibus Chaldeis, in eas postea sas derivasse Euphrat, qui Babylonem interfluit, itaque per siccum Jam Euphratis alveorum Persas in urbem penetrare. Non prevaricari in Babyloniam, putantes hoc factu esse impossibile. Nam, ut in Xenophoni, «Euphratis latitudine est plasquam ad duos stadios, et profunditas tanta, ut nec duo viri alter super alterum stantes, super aquam eminente.» Ex alia parte Babylonem immensim era propragatorum multitudine: numerum ipsi quinquaginta cubitos in latitudinem Juentos in altitudinem patebant. Vident ergo Cyrus urbem terra esse inexpugnabilem, per fluxum canum aggressus est die festo et conviviale Quocirca potantes Chaldeos previdens et iratus dens Isaüs, cap. xxi, vers. 5, a: «Pone mensam, contempnare in specula comedentes et bibentes, surgite, principes, arripi epulum, hostias adest, Cyrus urbem ingreditur. Addit Xenophon dous fuisse transpontus Babylonios apud

Cyrum, Gadatam et Gobriam, quorum duci Cyri milites in regiam noctu duci sint, interficti quicunque occurrerant, ita tantum servatis, qui syriace loquerentur (Indeis) triuiaedique primum regis custodibus, ipsum deinde regem immitemisse. Ita eccecidit Babylon illa incoly : fulminus Troes, fuit ilium, et ingens gloria Teuerorum.

Capita est Babylon anno primo monarchie Cyri, qui fuit annus mundi 3417. Ilo ergo anno Balsan-
sae fecit hoc convivium, vidit amum scriben-
tam, occisus est, etc. Porro Cyrus vbh hanc Danie-
lis de se prophetiam presentem, et aliam pre-
cedentem ab Isaia, cap. XLV, 1, ante 200 annos de
se editam, inquit Josephus. Judeos e Babylonica
captivitate liberavit, I Esdras 1, 1.

Nota : In haec urbis clade servatus est Daniel, tum Dei providentia, tum quia ejus virtus et sapientia tam aliquaque erant celebres, ut patet Ezech. cap. xxviii, 3 (sic enim M. Marcellus in Syracusarum expugnatione, Archimedem molibessimum mathematicum servari precepit); tum quia illico pererebuit ejus vaticinium de nece Balassaris, nec dubium quin id statim Darius et Cyrus intellexerint : jusserunt ergo eum quasi votum suum servari, sicut Nabuzardan jussit servari Jeremiaham, cap. x, eo quod Iudeorum excidium per Chaldeos prædictissimum.

Denique Aristoteles in *Politice*, lib. III, cap. II, sic ait: « Capta cum esset ab hostibus Babylon, ferunt partem aliquam ejus civitatis terita die nondum aliquid sensisse. » *Item* accidit Cayro, sive Memphis, saeculo praecedenti, cum a Selymio Turecam rege expugnata est: quin et Selymiam eam, licet captiam, ingredi non est ausus.

Vide hic quantum peccatum sit sacrilegium, quamque Deus puniat profanatores rerum sacra- rum, et cultui suo dicatarum: ob hoc enim Bal- sasarem hic punivit vita, urbis et monarchie excidio.

Quocirca pie et sancte S. Stephanus Papa (qui vixit tempore S. Cypriani, et sub Valeriano gloriosum obiit martyrum anno Domini 250), sancti ut vasa et vestimenta sacra non nisi a sacris hominibus ferantur, idque confirmat hoc Balsaris exemplo. Sic enim decernit, *Deconsecr.* dist. 1, cap. *Vestimenta*: «Vestimenta Ecclesie, in quibus Dominus ministratur, et sacra debent esse et honesta; quibus alii usibus non debent frui, quam ecclesiasticis et Deo dignis officiis; que nec ab aliis debent contingi aut offerri, nisi a sacris hominibus; ne illio quo Balsasar regem percussit, super hoc transgredientes venire, et corrue faciat eos ad amicam.»

Allegorice, Rupertus in *Daniel.* cap. ix, docet, quod per Babylonis excidium significetur destruacio totius civitatis diaboli, futura in die iudicii, de qua dicitur *Apocal.* xviii: «Cecidit, cecidit Babylon magna, et facta est habitatio demonum, etc.: quia de vino ire formicatus equus

biberunt omnes gentes, et reges terre cum illa
fornicati sunt.

31. ET DARIUS MEDUS SUCCESSIT IN REGNUM. —
¶ Darius, scilicet cum Cyro nepote suo. Ita omnes graci historici; Daniel tamen hic, et Isaías, cap. xiiii, 17, et Jeremias, cap. lii, 11, id tribuant uni Dario et Medis: quia Darius erat dignior, eratque avunculus Cyri, tuncque Médi erant potentes: Cyrus autem sub eo Persis praeerat, sed etate, animo et viribus pollens. Ita S. Hieronymus. Perperam Massoreto, historiarum gentilium imperit, pro *Dario*, punctaverunt *Dariaces*, et pro *Cyrus* *Cores*. Darius persice idem est quod *tzéz*, id est *cocorit*, ait Herodotus, lib. VI.

Quis Darius Medus? Responde, primo, Theodoretus fuisse Nabuchodonosoris ex filio nepotem. Secundo, Joannes Annus et Joannes Lucidus post sumum Megasthenem, putant fuisse Darium Hystaspis. Tertio, alii dicunt fuisse Cyrus. Quarto, Scaliger, lib. VI. *Emend. temp.*, putat fuisse Nabonitum, qui, inquit, ex communis principum consensu sufficuit fuisse Labosardach, nepoti Nabuchodonosoris ex filia Nitocride. Hunc enim Labosardach censem fuisse Basasár, quo interfecto, a populo electum creatumque esse regem Nabonitum, huncque esse Darium Medium, qui 17 annis regnarat, donec Cyrus eum regno Babylonion exutum, in Carmania relegavit. Verum Darium Medium una cum Cyro expugnasse Babylonem, et occidisse Balsasár, ac consequenter Medos et persas non per successionem, nec per electionem, sed per vim simul occupasse imperium Babylonis, docet Daniel hic vers. 23: « Divisum est regnum tuum, et datum est Medis et Persis. » Et vers. 30: « Eadem nocte interfecit Balsasár, utique a Medis et Persis paulo ante nominatis. Unde mox subdit: « Et Darius Medus successit in regnum. » Idem docet Isaías cap. xiiii, 2: « Ascende, ait, Elam; obside Babylonem, Mede. » Et vers. 7: « Et videtur currum duorum equitum, ascensorem asini, et ascensorem camelii, » puta Cyram regem Persarum, et Darium regem Medorum. Et vers. 9: « Ecce ista venit ascensor vir biagi equitum (puta Cyrus Medo-Perses), et respondit et dixit: Cecidi, cecidit Babylon. » Idem docet Jeremias cap. li, et commentator Interpretates. Quinto, Eusebius putat fuisse Astyagem, avum Cyri: huic sententia faveat cap. xiiii, vers. ult. Verum dico hunc Darium fuisse filium Astyagem: nam Astyagem preter filiam Mandanem, que fuit mater Cyri, etiam filium habuisse, licet Herodotus et alii negent (forte quia eum non habuit ex regina, sed ex secundaria uxore; aut quia, ut vult Tornielius, adoptrivus ejus, non naturalis fuit filius); docet tamen idipsum Xenophon in *Cyri pædia*, qui hunc filium vocat Cyaxarem, atque cum ultimum fuisse regem Medorum (i). Hic sane vide-

*Banta et
vera
fuisse
filium
et
Cyrus
avunculus*

(i) Et revera Darius ille Medus, qui infra n. 1, vocatur

tur esse Darius Medus, dictus a Xenophonte Cyaxares; a Septuaginta Artaxerxes. Ita Tornielius in *Chronol.*, Pherierius, Maldonatus et alii passim, sequentes S. Hieronymum et Josephum lib. XI *Antiq.* cap. XII. Consequenter verius est, quod ait Xenophon, Astyagem naturaliter obiisse, Cyro adhuc existente pueru, quam quod Herodotus asserit, cum a Cyro victim et regno expulsum esse. Ex hoc enim loco patet Cyrus cum avunculo Dario, ac consequenter cum familia Astyagis valde fuisse coniunctum. Porro Darius, vel, ut Ctesias, *Aragaz*, quod propius accedit ad nomenclaturam Persicam, idem est quod *tzéz*, id est *cocorit*, qui alios premittit et coegerit; sicut Xerxes, idem est quod bellator: Artaxerxes, magnus bellator, ait Herodotus lib. VI, et ex eo Scaliger, lib. VI.

ANNOS NATUS SEXAGINTA DUCOS. — Tradunt Hebrei in *Seder olam*, id est in *Chronologia mundi*, et ex eius Genebrardus in *Chronol.*, hunc Darium natum esse eodem anno quo Nabuchodonosor vastavit Ierusalem et templum, ut hujus sceleris esset ultor et vindicta, ac Babylonem cum monarchia everteret. Quod intellige de anno quo Nabuchodonosor cepit obsidere Ierusalem, qui fuit annus regni ejus 16; biennium enim illam obseruit, ac tandem eam expugnavit anno regni sui 18, ut patet *Jerem.* cap. LI, et 29. Id ita esse patet. Nam annus 62 Darii fuit pariter 4 Cyri, qui soluta est captivitas Babylonica, ac proinde idem ejusdem captivitatis fuit 70 et ultimum. Porro hi 70 anni inchoantur ab anno 8 Nabuchodonosoris, quo ipse occidit Josiakum, eique substituit Joachin filium, quem post tres menses abduxit in Babylonem, ut *ixxi Jerem.* cap. XXV et XXIX. Jam ab anno 8 Nabuchodonosoris usque ad 16 eisdem, quo natus est Darius, intercedunt anni octo, quos addit ad 62 Darii, et precise habebis annos 70 captivitatis Babylonicae.

Ubi nota quam oculus divine Providentiae sit sublimis et pervigil, ut delinqunt illico tortuoso creet et destinet. Ita notarunt chronologi, eodem die quo in Anglia natus est Pelagius haeresiarcha, in Africa natum esse S. Augustinum, qui Pelagio a Deo parabatur antagonista et dominator. Ita eodem anno 1521, quo Lutherus publice heres professus est, S. P. N. Ignatius Pompeiopolis vulneratus nuntium seculio remisit, sacramente militiam inchoavit, quem Deus ducem Societatis Jesu contra Lutheranos decernitatem destinabat. Ita Ribadeneira in ejus Vita, XII, xviii.

« Darius Assueri filius, » de semine Medorum, aliis intelligi nequit, quam Cyaxares II Xenophontis, Medorum rex, filius Astyagis, Cyri avunculus, et mox soer, cuius anspicis bellum gestum est contra Assyrios qui dicuntur, sive Babylonios. Cyaxares hic, hujus nominis secundus, successit Balsasár. Alias de Dario Medo Daniels sententia minus probandas expenderint. Campog. Vitringa in *Observat.* S. Script. lib. VI, cap. IV et V, et Bertholdius in *Excursu IV* de Dario Medo, interpretatione sua hujus libri vernacula adjuncta.

CAPUT SEXTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Satrapa invidenter Danielis prefecturam, ei dolum strinxerunt per edictum regis. Unde Daniel, vers. 16, quia Deum adorat, in lacum leonum mittitur, sed manet illius: hinc rex, vers. 24, accusatores Danielis in eundem lacum conjici jubet, sanctificat ut opes paveant Deum Danielis.

1. Placuit Dario, et constituit super regnum satrapas centum viginti, ut essent in toto regno suo. 2. Et super eos principes tres, ex quibus Daniel unus erat: ut satrapes illis redderent rationem, et rex non sustineret molestiam. 3. Igitur Daniel supererat orones principes et satrapas: quia spiritus Dei amplior erat in illo. 4. Porro rex cogitabat constituere eum super omne regnum; unde principes et satrapes quaerebant occasionem ut invenirent Danieli ex latere regis: nullamque causam et suspicionem reperire potuerunt, eo quod fidelis esset, et omnis culpa et suspicio non inveniretur in eo. 5. Dixerunt ergo viri illi: Non inveniemus Danieli huic aliquam occasionem, nisi forte in lege Dei sui. 6. Tunc principes et satrapes surripuerunt regi, et sic locuti sunt ei: Dari rex, in æternum vive: 7. consilium inierunt omnes principes regni tui, magistratus, et satrapes, senatores, et judices, ut decretum imperatorum exeat, et edictum: Ut omnis qui petierit aliquam petitionem a quocumque deo et homine, usque ad triginta dies, nisi te, rex,mittatur in lacum leonum. 8. Nunc itaque, rex, confirma sententiam, et scribi decretum, ut non immutetur quod statutum est a Medis et Persis, nec prævaricari cuiquam licet. 9. Porro rex Darius proposuit edictum, et statuit. 10. Quod cum Daniel compresisset, id est constitutum legem, ingressus est domum suam: et fenestris apertis in conacuo suo contra Ierusalem tribus temporibus in die flectebat genua sua, et adorabat, sonifitebaturque coram Deo suo, sicut et ante facere consueverat. 11. Viri ergo illi curiosus inquirent invenerunt Danielem orantem et obsecrante Deum suum. 12. Et accedentes locuti sunt regi super edicto: Rex, numquid non constitueristi, ut omnis homo, qui rogaret quemquam de diis et hominibus usque ad dies triginta, nisi te, rex, mitteretur in lacum leonum? Ad quos respondens rex, ait: Verus est sermo, juxta decretum Medorum atque Persarum, quod prævaricari non licet. 13. Tunc respondentes dixerunt coram rege: Daniel de filiis captivitatis Juda, non curavit de lege tua, et de edicto quod constitueristi: sed tribus temporibus per diem orat obsecratione sua. 14. Quod verbum cum audisset rex, satis contristatus est: et pro Daniele posuit cor ut liberaret eum, et usque ad occasum solis laborabat ut erueret illum. 15. Viri autem illi intelligentes regem, dixerunt ei: Scito, rex, quia lex Medorum atque Persarum est, ut omne decreatum, quod constituerit rex, non licet immutari. 16. Tunc rex præcepit, et adduxerunt Danielem, et miserunt eum in lacum leonum. Dixitque rex Danieli: Deus tuus, quem collis semper, ipse liberabit te. 17. Allatusque est lapis unus, et positus est super os laci: quem obsignavit rex annulo suo, et annulo optimatum suorum, ne quid fieret contra Danihelium. 18. Et abiit rex in domum suam, et dormivit incognitus, cibique non sunt allati coram eo, insuper et somnus recessit ab eo. 19. Tunc rex prime diluculo consurgens, festinus ad lacum leonum perrexit: 20. appropinquansque lacui, Danielis voce lacrymabilis in clamavit, et afflatus est eum: Daniel, serve Dei vivens, Deus tuus, cui tu servis semper, putasne valuit te liberare a leonibus? 21. Et Daniel regi respondens, ait: Rex, in æternum vive: 22. Deus meus misit angelum suum, et conclusit ora leonum, et non nocuerunt mihi: quia coram eo justitia inventa est in me; sed et coram te, rex, delictum non feci. 23. Tunc vehementer rex gavisus est super eo, et Danielem præcepit educi de

lacu : eductus est Daniel de lacu, et nulla laesio inventa est in eo, quia ereditus Deo suo. 24. Jubente autem rege, adducti sunt viri illi, qui accusaverant Danielem : et in lacum leonum missi sunt, ipsi, et filii, et uxores eorum : et non pervenerunt usque ad pavimentum laci, donec arriperent eos leones, et omnia ossa eorum communuerunt. 25. Tunc Darius rex scriptis universi populis, tribubus, et linguis, habitantibus in universa terra : Pax vobis multiplicetur. 26. A me constitutum est decreatum, ut in universo imperio et regno meo, tremitant et paveant Deum Danielis. Ipse est enim Deus vivens, et eternus in seculo : et regnum ejus non dissipabitur, et potestas ejus usque in eternum. 27. Ipse liberator, atque salvator, faciens signa, et mirabilia in celo et in terra : qui liberavit Danielem de lacu Ieronimi. 28. Porro Daniel perseveravit usque ad regnum Darii, regnunque Cyri Perse.

1. UT ESSENT IN TOTO REGNO SUO — distributi per suas satrapias et provincias. Notat S. Hieronymus ex Josepho Darii, victa Babylone, redisse in Media cum exercitu, ibique haec que sequuntur esse gesta : eodem anno mortuus est Darius; unde Daniel ex Media mox videtur remigrasse Babylonem, et ad Cyrum jam monarchiam factum, se contulisse.

2. ET SUPER OMNES PRINCIPES TRES. — Olim apud Medos et Bab. ioyos, Egyptios et alios, summi post regem era: **בְּנֵי שָׁלָשׁוֹן**, id est tristitia, sive triumviri, puto tres principes, qui omnibus aliis minoribus principibus praeerant: inter ioyos unus a Dario Medo constitutus fuit Daniel, equo ut a Balsasare constitutus fuerat, cap. v, 20, ut esset tertius in regno.

3. SPIRITUS DEI AMPLIOR ERAT IN ILLO. — « Spiritus, » tum sapientia, tum prudentia, tum prophethia, tum orationis, tum justitiae, tum zeli, aliarumque virtutum. Tales querant reges et principes, quos provincias praeferant: presses enim et rector sine sapientia et spiritu, et quasi sol sine luce, » quasi ait sine pluma, quasi gubernator natus sine gubernaculo. Hinc Sapiens, cap. vi, 22: « O reges populi, inquit, diligite sapientiam, ut in perpetuum regnetis; » et paulo post: « Rex sapienti populi stabilimenter est. »

4. UT INVENTUERUNT DANIEL EX LATERIS REGIS. — Haec legunt Romana; sed Chaldaea habent **לְרַבְבָּתִים מְלָכָה**, id est regni. Jam primo, Hebrei crasse, latere regis, inquit, est regina quia ad regis latitum recumbit, quasi hi satrapae Danielis apud regem suspectum de adulterio cum regina efficerent conati sint. « Querebant ergo occasionem, si in sermone, tactu, mutu, internuntio accusare possent Danielem. Sed nullam causam et suspicione reperiunt, quia euangelii erat; unde eum in stupri arguere non potuerunt, » inquit ex mente Hebreorum S. Hieronymus. Qui et subdit: « Pro suspicione Theodotion et Aquila **אֲמַנְקָעָה** interpretati sunt, que chaldaeae dicunt asathia, aut potius seictita: cumque ab Hebreo quarent quid significaret? respondit vim verbis sonante dñe, quan nos illecebram, sive **אֲמַנְקָעָה**, hoc errorum dicere possumus. Porro Eniodes in

Medes **אֲמַנְקָעָה** per περὶ οὐ καὶ περὶ εἰς, **אֲמַנְקָעָה** id est peccata, appellat. »

Secundo, Hector Pintus sic exponit, q. d. Quasi ratione occasionem ut Danielum ramoverent, et ejerent a latere regis. Unde aliqui codices hic legunt: **Quarebant occasionem ut auferrent Danielum ex latere regis.**

Tertio, Vatablus: Ex latere, inquit, id est ex parte regni, ut scilicet accusarent Danielem, ut rerum hese maiestatis, quasi male administrasset regnum, et edicta regia violasset, ita S. Hieronymus; aut quo dala fide regiam pecuniam traxisset, inquit Maldonatus.

Vetus dico esse hebraeum: nam esse ex latere, idem est quod **insidiari**; ex insidiis, quasi a latere, aliquem aggredi et prostergere: qui enim insidiatur alteri, ad latum se collocant, ut alterum non advertentem oculi ferant, capiant, vel supplantent, q. d. Illy satrapae querabant occasionem, ut inventent modos insidiandi Danieli, eumque apud regem calumnianti, et prefectura hac regni decidiunt. Vide hic quam virtus comes sit invisa, feruntque summum fulmina monitos. Rursum quam verum sit illud: « Omnes qui pie volunt vivere, persecutionem patientur. »

5. NON INVENTUERUNT DANIEL HIC ALIQUAM OCCASIONEM, NISI FORTE IN LEGE DEI SOLI. — Nola hic miram integratem Danielis, qua ita circumspete fideli et perfecte regum gubernacula tractabat, ut ejus amuli nihil in eo vel in specie possent calumniari. Quare Abbas Pastor in *Vitis Petrum* rogitans a quadam: « Quomodo debet homo conservari? » respondit: « Vidimus Danielem, quia non est inventa accusatio ejus, nisi de servito quod exhibebat Deo suo. » Rursum vide hic in Danieli, quam in aulis regum simulatio, presertim in eos quos princeps evicit. Exempla hoc seculo multa videntur, immo hoc anno 1618, apud omnes fere reges, principes summos gratia et gradu suo **excedere** cernimus. Quocirca recte Pythagoras hoc suis documentum dedit: « Quocirca invidum parvum, vilanda putato. » Ita habent aurea ejus carmina, quae edidit et explicuit Hierocles ejus discipulus. Rursum in Danieli verum est illud Pauli: « Fortunam citius roboris quae retinase-

Sapientes sunt, qui prestant illud S. Hieronymi **ad Heliodorum**: « Nepotianas, ait, primam curam habuit, ut humilitate superaret invidiam; inter coniugales primus in opere, extremus in ordine. » Aulicus ille rogatus: « Quomodo in aula consequisset? Omnibus, » ait, cedendo, et injurias quaslibet tolerando imo gratias injuriantibus agendo. « Praeclarus monet Ausonius, *Eshort. modestus*:

Fortunam reverenter habe quicunque repeate
Dives ab exili pregride loco.

Quocirca sapientis ille dicebat accedendum esse ad reges et principes, sicut accedimus ad ignem, moderate nimis. Si enim propius ad ignem accedas, ab eo adiuris: si remotius consistas, non caefies. Hac de causa Ptolemeus mathematicorum princeps, invitatus a regis ad prandium, excusavit se, dicens: « Regibus contingit fere quod considerantibus picturas, que cum videntur emunt, placent, propria vero, non dulcesunt. » Ita referunt in ejus Vita, que habetur in *Aliagesci*.

6. SURAMPURUNT REGI. — **כְּכֹלֶת reges** hebraeo significat tremere; chaldae vero, significat primo, astare, congrepari; unde Septuaginta et Vatablus: **Congregati sunt ad regem;** Cyrus et Arachaeus: **Accerserunt. A regem;** secundo, **tumultuarunt;** tertio, **frenare;** unde Joannes et Iacobus vocantur Boanerges, id est filii frenitus, sive tonitruui, **Marci** iii, 17; quarto, **persuaderi, presertim dolose et insidioso, quod est surpresa.** **Surampurunt ergo,** id est insidioso suggesterunt regi. Perperam ergo Pintus **pro surripuerat,** corrigendum vult **surpreserunt.**

Moraliter. Dicunt hi reges et principes bene examinare, penetrare et perdividere, tum surorum consiliariorum animos, consilia et intentiones; tum leges et decreta, quae illi suggerunt, an sint justa et utilia bona, non suggesterent, sed publico; nee credant illi, qui ob privata commoda vel odia, suggerunt ea, quibus regi dederent, illis periculum creant. Dicunt viatissim consilari malum consilium consultori esse pessimum. Ita si satrapae in Danieli hanc fabiam cudentes in seipso emendaverunt. Dicunt viros probos et quietos non impune tangi. « Cave quiete sedentem in aule, » inquit Sforza, qui et hoc in insigni gestabat:

« Quietum nemo impune incessit. » Aenea est Plinius in *Panegyri Trajanii*: « Discimus, inquit, experientia fidissimam esse custodi principis ipsius innocentium. Hec rex inaccessus, hoc inexpligabile monumentum munimento non egere. Frustra sa terre succinxerit, qui septus charitate non fuerit; armis enim arma irritant. » Denique audiant consilari id quod Alfonso Aragonie rex diebat, si sibi configesset nasci temporibus Romanorurn, se constructrum fuisse contra curiam templum *Jovi posteriori*, in quo priusquam venirent in senatum patres conscripsi, odium,

(1) Si quisdam incredibile videant sensum regem Darium tale edictum dafisse, advertere hoc editum ab antiquis collide obtentum fuisse Daniels perdenti causa. Peretexebant antice hoc edictum necessarium esse ad regiam Darii auctoritatem apud Babyloniam firmandas, volentesque ut novus rex tangam divinitas habueret, quo Babylonii ejus legitimi facultus ostenderentur. Darius vero docto sub anticorum consilio latenter haec perspexit. Unum ex pulcherrimis Persarum institutis est, ut alat Artabates Thesmisticus, quod rex ut imago omnia conservans Dei honores et adoratur (*Plutarchus in Theseustole*). Vide etiam Herren, *De la politique et du commerce des peuples de l'antiquité*, trad. de W. Sachau, pag. 457 et suiv. Ex quo quisque videt edictum David omni credibile esse (Janssen, *Herm. sacr.*).

templum, ubicumque ipsi existent; et Deus in templo tanquam in centro presentem se exhibens, singularium precibus intendebat, audiebat, examinabat, ut notavit noster Pineda, lib. V. De Rebus Salomonis, cap. v, num. 35. Tempium ergo era quasi centrum orbis, ut Deus centrum est mundi, hominum et angelorum. Vide hic et imitare constantem pietatem et libertatem Danielis, qui pro ea statim et vitam pericolo fidenter exposuit. Merito Aristoteles, I Ethic., x, hominem constantem vocat quadratum, quia ad omnem fortune jactum impulsusque firmus solidusque in sapientia et virtute consistit, cum alii leves rotentur globo.

TRIBUS TEMPORIBUS IN DIE FLECTEBAT GENUA. — Tria tempora quibus Deo flectenda sunt genua, tertiam, sextam et nonam Ecclesiastica tradidit intelligit, eaque colliguntur ex *Actor.* iii, 15, et cap. iii, 1 et cap. x, 9. Tribus horis, inquit Pintus, orahant Iudei in die, scilicet hora tercia, sexta et nona. Tertia, quia tunc data est lex in Sina: et eadem hora oral Ecclesia, quia tunc datum est Spiritus Sanctus in Pentecoste. Sexta, quia tunc erexitur serpens aeneus in deserto: eadem oral Ecclesia, quia tunc crucifixus est Christus. Nona, quia tunc pedra dedicit aquas in Cades: ut et Christus latus in cruce tunc perforatum, sanguinem dedit et aquam.

Addit noster Lorinus in *Actor.* iii, 1, Iudeos orasse hora sexta, quia tunc lapsus est Adam, ut colligitur ex eo, quod Dominus post meridiem venisse dicitur, ut puniret Adamum. Addit Hebrewi, quia tunc perambulat daemonium meridianum, quod hominem ad intemperianam et cholerae fervente sole sollicitat, unde in meridie Iudei solent contra illud recitare, *Psalm.* xc: « Qui habitat in auditorio Altissimi, ut ab illo liberentur, scilicet ab incursum et daemonio meridiano, » ut dicitur vers. 6 illius psalmi.

Audi et S. Hieronymus: « Daniel regis jussa contempnens, et in Deo habens fiduciam, non erat in humili loco, sed in excelso; et fenestras aperit contra Jerusalem, ubi erat visus pacis. Tria autem sunt tempora, quibus Deo flectenda sunt genua: tertiam, sextam et nonam Ecclesiastica tradidit intelligit. Denique tercia hora descendit Spiritus Sanctus super Apostolos. Sexta volens Petrus comedere, ad orationem ascendit in conaculum. Nonna Petrus et Joannes pergebant ad templum. » Verum de his alihi. Audi et S. Augustinum in *Sententias*, num. 203: « Vigor, ait, fidei christiana tribus temporibus initiator, vespera, mane, meridie. Vespera enim Dominus in cruce, mane in resurrectione, meridie in ascensione: unum ad patientiam occisi, aliud ad vitam resuscitati, tertium pertinet ad gloriam majestatis in Patris dextera considerans. » Et S. Cyprianus, tract. *De Orat.* Domini, per tornarium horarum putat designari SS. Trinitatem, quam totidem horis colimus et adoramus.

Porro tercia, sexta, nona, computantur ab ortu solis: Hebrei enim diem, ut Romani noctem, dividabant in quatuor horas, et quasi vigillas. Prima erat ab ortu solis usque ad tertiam: durabat ergo haec hora tres nostras horas. Prima enim incipiebat ab hora quinta vel sexta (sequor hic computum Belgarum et Transalpinorum), et durabat ad horam nostram nonam: hora nostra nona incipiebat earum terfa, et durabat usque ad nostram duodecimam: tunc enim incipiebat eorum sexta, que durabat usque ad nostram tertiam pomeridiannam, a qua incipiebat nona eorum, et durabat usque ad vesperam. Unde Lyrinus per tria tempora intelligit mane, meridie et vespera.

15. INTELLIGENTES REGEM, — regis voluntatem et intentionem: Chaldaice est: *Congregaverunt se supra regem*, id est quasi facta manu omnes simul regem aggressi sunt, a pece tumultuoso contra eum: hoc enim est *regas*, de quo dixi vers. 6. Moraler vide hic in Daniele, quam difficile sit servire aula terrestri simul et celesti, placere principi et auxilia, et non dislocare Deo et angelis: « Nemo, ait Christus, potest duobus dominis servire. » Et: « Non potestis Deo servire et mammonam, » *Matth.* vi, 24. Scriptis *Eneas Sylvius*, qui, postea creatus Pontifex, vocatus est Pius II, ad quemdam alicum librum *De Misericordia curiam*, id est aulicorum, in quo ostendit quanta in aulis sit vanitas, ambitio, invidia, hypocrisia, impuritas: quot curia, distractio, servitutes, sollicitudines, metus: quanto inconstancia, mutabilitas, casus, ruina, pericula corporis et animae. Ad tandem ita concludit: « Quidcumque sit in aula, sit vanitas, ambitio, invidia, hypocrisia, impuritas: quot curia, distractio, servitutes, sollicitudines, metus: quanto inconstancia, mutabilitas, casus, ruina, pericula corporis et animae. »

Prudenter ergo monet *Eneas Sylvius*, lib. I. *De Gestis Alfonsi*: illi sit, culicis plurimum sapiunt, qui, accepto aliquo beneficio vel mediciori, aula valedicuntur. Ostendunt enim animum suum explatum esse, et periculo se subducunt, in quod curiales frequenter incident, qui veluti sues, ubi saginali sunt, in cenan domini maclantur. « Est apud Indos, inquit Plinius, herba quadam precipui odoris, referita minuta serpentibus, quorum iecu protinus moriendo sit. Ita habent principum aula quod allect, sed occultant lethale venenum in caveas. » *Rursum*: « Indiani testudines, meridianum tempore blandiente, gaudent toto dorso per tranquillam fuitare, donec oblitus sui, solis vapore siccat cortex, ut mergi nequeant, jamque invite natent opportune venantium predas. Ita quidam, spe rerum magnarum ahecti, in principum aulas sese conjiciunt, et adeo delinquent aulae delicias, donec imprudentes eo redigantur, ut non possint, etiam si velint, in suum oculum se recipere. » *Ita Plinius*, lib. IX, cap. x.

Exstat emblemata Alcici, numero 86:

COMMENTARIA IN DANIELEM PROPHETAM, CAP. VI.

81

est qui tum prandet ac coeat, cum Alexandro videtur. v

Constantinus Imperator eumuchos similesque anticos vocabat « tineas et sorores palafiti », ait Nicoporus, lib. VIII, cap. xiv. Sicut enim musea ad mel, ita isti ad opes et delicias aularum adulant.

Quocire sapienter Horatius, lib. II. *Carmen*, oda x :

Auream quisquis medicinatatem
Dilegit, tutus caret obscuris
Soribus tecu, caret invidenda
Sobrini aula.

Et Ovidius, lib. III. *Tristium*, eleg. IV :

Vive ibi, quantumque potes praestria vesta;
Savus, — lastri fulmen 23 aere venti.

Seneeca in *Hippolyto*:

Fraus sublimi regnat in aula.

Et in *Thyeste*:

Stet quicunque volet potens
Autu culmine lubrico;
Me culcis saturat quies.
Obscuro positus loco,
Leai perfurit odo.

Martialis, *Epigram*, lib. IX :

Nemo sano (hac est aula natura potens),
Sed domini mores Cesareus habet.

Prudenter ergo monet *Eneas Sylvius*, lib. I. *De Gestis Alfonsi*: illi sit, culicis plurimum sapiunt, qui, accepto aliquo beneficio vel mediciori, aula valedicuntur. Ostendunt enim animum suum explatum esse, et periculo se subducunt, in quod curiales frequenter incident, qui veluti sues, ubi saginali sunt, in cenan domini maclantur. « Est apud Indos, inquit Plinius, herba quadam precipui odoris, referita minuta serpentibus, quorum iecu protinus moriendo sit. Ita habent principum aula quod allect, sed occultant lethale venenum in caveas. » *Rursum*: « Indiani testudines, meridianum tempore blandiente, gaudent toto dorso per tranquillam fuitare, donec oblitus sui, solis vapore siccat cortex, ut mergi nequeant, jamque invite natent opportune venantium predas. Ita quidam, spe rerum magnarum ahecti, in principum aulas sese conjiciunt, et adeo delinquent aulae delicias, donec imprudentes eo redigantur, ut non possint, etiam si velint, in suum oculum se recipere. » *Ita Plinius*, lib. IX, cap. x.

Vana palatios quos educt aula clientes,

Dicunt auratis necete compedibus.

Ita Iusus et Iudibrium fortunæ fuerunt in aula Davidis Joab, Saulis Abner, Artaxerxis Aman, Tiberii Sejanus, Constantini Ablavius, Theodosii

Rufinus, Arcadii Eutropius, Honorii Stilicu. Deinde Antonius in *Melissa*, serm. 59: « Sicut ait, qui valde febricitant, appetitum et robur amittunt: sic qui principum aulas inhabitant, mentem et bonos mores perdere solet, nisi frequentur animo repetant hoc dictum: Nosce ipsum. »

16. LIBERABIT TE. — Dicit: « rex Daniel, tum ut eum consolatur, tum ut se excusat: sperabat ergo Deum illi affore, ut affuerat tribus eius sociis in fornace Babylonie. Quocire Rabbin in *Midras Thellina* in illud *Psalm. LXII*: « Exaudi, Deus, orationem meam, cum deprecor: a timore iniurii eripe animam, » de hac Daniels tutela dicunt: *Venit leo, et liberabit leonem de ore leonis.* Leo enim est Deus, de quo Amos, iii, 8: « Leo rugitur, quis non timebit? » Ille liberavit leonem, id est Danilem, qui descendit ex Iuda, de quo dixit Jacob, *Gen. XLIX*: « Catus leonis Iuda. » Ita refert Galatinus, lib. V, cap. viii.

17. QUEN DESIGNAVIT REX ANNULO SUO, ET ANNULO OPTIMATUM SUORUM, NE QUID FIERET CONTRA DANILEM.

— Chaldaei et Septuaginta, ne multaretur res in Danilem; Valabius, ne multaretur voluntas in Danilem, id est ne rex, mutata voluntate, Danilem e lacu extraheret. Ulrumque videtur verum, sollicitus primo, quod rex obsignari lapidem annulo suo, ne optimates, mutata voluntate, Danilem occiderent, presserent si videnter leones ei parceret, quod futurum timebant. Ita S. Hieronymus et Theodorus. **Secondo**, quod optimates quoque obsignari lapidem annulo suo, ne rex Danilem e lacu eriperet.

22. CONCLUSI ORA LEONUM. — Notat ex Aristotele, Plinio et Gelio Pererius, leonem naturaliter homini non nocere, **primo**, si leoni irruunt caput aut caelos pallio aut veste cooperant. **Secondo**, si leo sit satus. **Tertius**, si sit cucus. **Quarto**, si in eum fueris beneficius. **Quinto**, si supplex et prostratus jaceas. **Adde sexto**, si ei ignem aut flammam ostentes: his enim percellitur leo. Causam afferit Nicolaus Leonicus, *Quest. natural. Quest. XX*: « Leonum, at, vis omnis in oculis esse creditur: quamobrem levii etiam cuiusque panni conjecta, opero capite, tanta illa feritas torpescit illico, deincepsur non repugnat. Quo etiam modo a Lysimacho Alexandri fuisse simul inclusu strigulatum fuisse leonem ferunt. Ignis autem splendore suo, cum omnium peculiariter perstringit et hebet oculos, tum eorum maxime qui eos calidiores sciorentur habent, cujusmedio sunt leones. » Denique leonem « terret rotarum oris circumacti, curruisse inanis, et gallinaceorum criste cantusque, » ait Plinius lib. VIII, cap. xvi; perinde ut, visa vix fugit cervus, auditu voce porci fugili elephas, illi Horus, *hieroglyph.* 82 et 83, lib. II. Hinc Megarenses porcos pice oblitos, et mox igne flammatos, in Antipatri elephantos infiserunt, ait Elianus, lib. XVI, cap. xxxvi. Ita res magna a parvis percelluntur, humiliante eis Deo, et ferinamphantasiam edolante. Veruna

quod Daniel non nocuerit leones, fuit miraculum, quia, ut hic dicitur: « Angelus conclusit ora leonum, » et dictum, ait S. Hieronymus, et unques; scilicet *prima*, vi sua ea contineundo et compri-
mendo, ne Danielem mordere possent. Sicut Ra-
phael ligavit in deserto Egypti Asmodeum, sci-
bilet vim aliquam detinendam et imprimendo:
sic enim corpori da moni imprimi potest
vix motiva, quae cum e loco suo protrudat et ex-
pellat; sic et detinens, quae cum in loco suo de-
tinat, cipie quasi colliget et affigat. *Secunda*, con-
tinuit angelus ora leonum, adiungendo eis famem,
et cibi Danielis que fastidium in eis concitat.
Tertia, mutando leonum phantasiam, ut appre-
hensiones Danielum quasi amicem, vel ut quid
formidabile: sicut Aristoteles et Plinius docent
leones torri ad rotas et solitum cursum, ad
galli cristas et canum; et maxime ad fulgentes
ignes. Ecce hic in Daniele verum est illud *Hebr.*
xi, 33: « Observaverunt ora leonum. » Iloc mira-
culum castigatio Danielis adseritur, et acceptum
refutant S. Hieronymus, *Vita Joannis*, Epiphanius
et Bartheus in *Vita Danielis*, et Damascenus,
test S. Basilius, illud attributum ejus *ejusdem*, ut
dixi in Proemio. Danielis corpus virginitatem ita
admiratur est, ut ferarum dentes ei infligi neque-
rent, inquit Damascenus, lib. IV *De Fide*, cap. xxv.

Ita leonis M. dobo eius speluncam ingredienti,
ob pudicitiam peperit, uno pro eo dimicavit
contra ejus horum et servum, eum persequentes,
utrumque occidendo. Testis est S. Hieronymus
in *Vita S. Malei*, qui at cum pudicitie tanquam
coassentia pro moro fuisse septem, non a leona
aderetur: « Ut sciam virgines et casti, inter gla-
dios, et inter desertos, et bestias, padicitum num-
quam esse captivum; et hominem christianum
posse mori, non posse separari. »

Ita hyena Pachonem castum servavit et circum-
inxit. Testis est Palladius in *Lusiaca*, cap. xxix.
Ita S. Maria, uxor S. Chrysostomi, in lupanum de-
trusa, a leone propagata est, ut habet ejus *Vita*
23 octobris.

Ita S. Thecla tamis, serpentibus aliisque feris
objesta, ab omnibus illis ea permanxit, tantum
eau, et foras min- deficiens ejus castitate. Ita
plurimae aliae virginis, leonibus et feris objecte-
tae, aliis evaserant. Gasitas ergo leones,
nequa te ignem, domum et ceterum. Quocirca me-
rito de B. Angelis virginis ignes et leones super-
ante, ita et n. s. Gregorius Nazianzenus in *Præ-
cepti. ad virtutem*:

Quis tecum necis spiritu flammamque periclio?
Quis validus anguis vixit subenique ferarum?
Venerabilis. O res omnia amanda ayo!
Vigilans tuus potuit seque leones.

S. Ambrosius, lib. II *De Virgin.*: « Theela, in-
quit, copulatum fugiens nuptialibus, et sposi furore
dominata, naturam etiam bestiarum, virginitatem
veritatemque mutav. Namque perata ad feras,

cum aspectus quoque declinaret virorum, ac vi-
talia ipsa siccio offerret leoni, fecit ut impu-
dicos detulerant oculos, pudicos referrent. Cer-
nere erat lingetem pedes bestiam, cubitare humi-
rato testificante sono, quod sacrum virginis
corpus violare non posset. » Audi majora: « Ador-
abat ergo preludam suam bestia; et proprie-
tate natura, naturam induerat quam hominas
animabantur. Videres quadam natura transfiguratione,
homines feritatem indutos, saevitam imperare
bestiae: bestiam exosculantem pedes virginis,
docere quid homines facere debent. Tantum ha-
bit virginitas admirationis, ut eam eflorescere
mirarentur! Docuerunt religionem, dum adorant
martyrem; docuerunt eum castitatem, dum vir-
gini nihil aliud nisi plantas exosculantur,
dermersis in terram oculis, tanquam verecundan-
tibus ut mas aliquis vel bestia virginem nudam
videtur. »

Denique, missus est Daniel in lacum leonum,
anno primo Darii; ergo Daniel tunc erat anno
98. Patet ex diebus cap. 1, 1 et 4.

QUA CORAM DEO JUSTITIA INVENTA EST IN RE.

Nota hic in Daniele fuisse justitiam verum: talis enim est que est coram Deo, sive in oculis
Dei, qui lucidissimi sunt; non falsam et impu-
tata, qualis est Novantum. Respondent illi
justitiam hic non generaliter, sed particularem
accipiendo esse, q. d. Daniel: Ego nihil defra-
davi, sed summa fide pecuniam et negotia regis
traclavi. Verum hanc justitiam non hisce, sed
sequentibus verbis statuit Daniel; at enim: « Sed
et coram te, rex, delictum non feci. » Huc allu-
dit Eschilus, cap. xiv, 16, cum at quod Noe, Job
et Daniel in justitia sua liberauerunt animas suas.

3. QUA CREDUNT DEO SVO, — quia confusus fuit
Deo, ejusque providentia et omnipotencia se lo-
tum communist. Alii, quia fidelis fuit Deo suo.

Vero S. Augustinus, tract. 8 in *Epit. S. Joann.*
tom. IX: « Subsolvi, inquit, ei qui supra te est,
et infra te erunt illa quibus prepositus es. Quia
vero per pecuniam homo deseruit eum sub quo
esse debuit, subditus est eis supra que esse de-
buit. Intendit quid dicam, Deus, homo, pecora: supradicta te, Deus, infra te pecora. Agnosca eum qui
supradicta te est, ut agnoscat que infra te sunt: id
ideoque, cum Daniel agnoscisset supra se Deum,
agnoverunt illum supra se leones. Si autem non
agnoscisset illum qui supra te est, superiorem con-
temnit, subderit inferior. Propterea superbia Egyptiorum unde domata est? de ranis et mus-
cis, Exodi viii. Sed Danielis agnoverunt leones,
quia illi subditus Deo erat: agnoscit igitur servos
Dei, tres viros, quos non usi, quorum nomen
veritatem corrupti, » *Daniel.* iii.

28. PAVEANT DEUM DANIELIS. — Hinc videtur Da-
nielus versus deum fuisse conversus: plus enim pre-
cepit, quam praecepit Nabaluchodonosor, cap. iii,

98. Ille enim tantum r.uit, ne quis Deum ille-
breorum blasphemaret. Ita Maldonatus.

27. IN COLO ET IN TERRA. — Qui enim miracula
facit in terra, potest similiter facere in celo: hoc
enim miraculo ostendit se esse Deum, ideoque
Dominum celi et terre.

28. PERVERSEVERAVIT USQUE AD REGNUM DARI. — Chal-
daica est *νέστη κατελεῖ*, *prospere egit*; id est in
magno honore fuit, quādū Darii et Cyri re-
gnū duravit, quādū regnauerunt Darius et Cyrus. Ita Chaldeus, Septimania, Vabulus et alii.
Dicit hoc Daniel, ut historie finem faciat, ordina-
tur: *prophetiam*: nam hac sex prima capita
magis histories sunt quam prophetia; quae vero
cap. vi et deinceps sequuntur, propriæ prophete-
tiae sunt.

Vide hie quam felices et gloriosos efficiat con-
stantia in fide et cultu Dei. Ita enim felix et glo-
riosus evasit hic Daniel et tres pueri, cap. III,

carceres, longam medianam, ignes illas suscep-
ravit, dicens: « In Domino confido, non timebo
quid faciat mihi homo. » Ita habent ejus Acta 19
januarii. Hac de causa Gentiles olim contra Chris-
tianos judicibus succubabant: « Ad leonem, non leonem » damnet virgo christiana: sed
ille eadem spe et ope Dei qua leones, etiam le-
ones superaverunt, iste Tertullianus in *Apolog.*, et
testes sunt S. Agnes, Lucia, Dorothea, Susanna
aliquae plurimae.

Vers. 24. 24. JUVENTE REGE. — Rex hic exercet talionis
potiam, que e. iure requirissima est. Ite enim
examinata, intertexta regi hostes Daniels ubi im-
posuit, et dolose dictum extortio, ut Daniel
sunt s. Agnes, Lucia, Dorothea, Susanna
aliquae plurimae.

Et FILII ET UXORIS. — Quia illi parentes et ha-
matitos ad seclus existabant, adjuverunt, aut con-
senserunt, inquit Piatius: illis enim barbarum
hoc fuisset regis edictum. Solus enim Deus filios
inoxios, ob peccata parentum morte punire pos-
test: unde soli barbaros id clam fecisse, et
editum facere legimus.

Addit Iosephus, *Antiq. x. Danielis* accusato-
ris regi dixit: leones fuisse saleros, id. que a
Daniel abstinuerunt: regem vero, cum plurimum
carne leonibus datum esset, praecepisse ut illi
eis obligarentur, ut non alieno, sed suis corpo-
ribus experientur, an leonis saturitate retardari,
an divina potentia impediti, a Daniele abstinuer-
sent. Verum nihil se in omnib[us] nobis dixit, quippe
qui discideret ex tali rerum statu non gravare
cuperet. Et eum prefectus amplius eam rem de-
liberate jubet, basilius: « Ego quidem, inquit,
et hodie et eas idem futuras sum; utiam la to
ipsum non matass[em]. Creatura enim cum sim,
creaturem adorare, Deumque esse profili in
animum non inducam mecum; sed neque religi-
onem vestram me aggregari sustinebo. Tametsi
enim vos regi charissime, et non minima orbis
pars esse existimatis; mihi tamen minime decet
hos inimicos gratificari, et populi fidei in Deum
prospiceere: quia ego prolixtus non sum,
etiam si milia boneum publicationem, et exsilia-
tum, et aliud quidquid gravium erumurum,
mortemque adeo ipsam numeris: nihil enim re-
ritum talium mortuorum nulli affecte potest. Quod
si facientes meas expetis; pannos hose, et cili-
cia, atque libros paucos, qui in mundo mitti
sunt, si hos, inquam, adamasti, recipe. Sin ut
exsilia causa solus vertam mavis, paratus ad id
sum. Exsul vero quoniam ero, qui semper ter-
ram quasi peregrinus perereo, et ad regionem
aliam vehementer aspiro? Corpus porro hoc, vel
post primam plagam, sensus omnino expers, et
cruciatis superioris priorus futurum est, a Victoris
hac Basili libertate et constantia Imperator que-
vit. Ita Neophorus, lib. XI *Histor.* cap. XXV.

Anastasius Imperator Episcopum *Orientalium*
hortatus est, ut ad suam factionem desiceret,
pollicens eum quidquid petisset illico accep-
trum. Cui Episcopus: « Tu, inquit, poifis ad
orthodoxos transi, ne, dum opiniones impiorum
hominum Severi, Euthygetis et Dioscori ample-
teris, aeterno igni addicaris. » Similique appre-
hendens Imperatoris chlamydem: « Hec, ait,

vestis nequamquā te post mortem sequeret, o Imperator! sed sola comitabitur pietas ac virtutū habitus. Missam fac Ecclesiam, quam Christus suo redemit sanguine. Inductus es et ratiocinandi ignarus, neque ullum Ecclesie decretum perfecte intelligis; tūtum imposturis et securi- libus calumnias fatuus teres. Satis tibi sit dignitatis, quod Imperator es: Antistes Ecclesie vxare noli. Ad huc Imperator pudore suffusus obmutuit. Pauperimus autem eum esset illi Episcopus, ne obolum quidem ab Imperatore voluit accipere: adeo liber erat, et solus in Deum fidei ac pietatis rationem habens, terra calcans omnia. Ita Cedrenus et Zonaras, tom. III Anatal. in Anastasio.

Julianus Imperator Cæsarium (ut ejusdem frater Gregorius Nazianzenus scriptis prodiit) iis reipublicen munieribus prefecit, quibus anctioritas et amplitudo inessent: quem nunc verborum lenociniis ac ingentibus promissis, nunc terroribus et minis, cunctique machinariū genere in suum obsequium errore que trahere conatus est: sed strennus Christi athleta superior semper et lucta excessit, crucis opprobrio imperii postibam majestatem. Cum enim non simulatum christiani hominis figuramentum, sed verus esset christianus, certo scicabat quam ampli glorie laudis thesauri sub cruce ignominia deliteresceret. Ita S. Gregorius Nazianzenus, orat. in Funere fratris Cæsarii.

Publia prefecta monialium, transeante Juliano Apostola, cœubat cum suis: « Simulacra genium argentinum et aurum, opera manuum hominum. » At postquam versus, qui illa sensus omnis experta esse pronuntiant, recitaverant, istum adjungebant: « Similes illis fiant qui faciunt ea, et omnes qui confidunt in eis. » Illi Julianus cum maxima animi agritidine audiis, jussit ut, eo progrediente, confricerent. At Publia, ejus leges parvi astimans, majori cum alacritate chorum virginum in unum cogit, et illo

præfereunte, denuo cantare mandavit: « Exsurget Deus, et dissiperunt iniurias ejus, » etc. Ille que tyrannus, graviter commotus, jubet eam quasi magistrum chori ad se adduci: quā licet anum properatatem ingravescensem cum prius venerandam cerneret; tamen satelliti caidam dat mandatum, ut ultramque malam verberet, et genas cruentat manibus. Ila, hanc contumeliam pro summo honore ducens, dominum reveritur, et tyrrannum, ut solebat, spiritualibus cantilenis perstringit. Ita Theophoretus, lib. III Hist. Ecclesiast. cap. xvii, et Baronius, tom. IV, anno 362.

Quocirca allegoricus Ruperius, in Daniel. cap. xi, docet Danielem hic foisse typum Christi patientis: sicut enim Danieli insidiata sunt satrapae, ita Christo Iudei et scribe, idque ex invidia. Secundo, sicut satrapa Danielom ad necem adigere comata sunt per edictum Darii Medi, ita Judei Christi per sententiam Pilati et Romanorum. Sed sicut Danielem per angelum liberato, gavisus est Darius: ita Christo a mortuis suscitato, et toto orbe predicato, gavisus est orbis Romanus: « mulatay leges, convertit edicta Romani imperii majestas, » Christiunusque « predicari præcepit. » Tertio, sicut Danielis accusatores in laetitia misi, mox a leonibus devorati sunt: ita Iudei Christi hostes a Tido eversi sunt.

Anagogice, Daniel et Iacob leonum rediuvius typus fuit resurrectionis, ejusque quasi praebitatio, ac velut primitia. Quocirca mos priscus christianorum fuit, ut in suis sepulcris inter alia resurrectionis symbola, Danieliem in lau inter leones stantem sculperent: exstant ejus rei in veteribus lapidibus comparta exempla. Causa fuit, tum quod Daniel cap. xi, resurrectionem omnium clare descripsit; tum quod ipse et Iacob leonum liberi egrediens, quasi idem hominis et tumbi resurgentis exprimit; itaque assumptus sit in hieroglyphicum resurrectionis. Ita Baronius, in Martyrol. juli die 21.

CAPUT SEPTIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Hactenus Daniel res suas, et gesta ac somnia regum Babyloniorum enarravit: hic vero et deinceps visiones suas enarrat. Itaque hic proprie incipit propheta Danielis. Hoc ergo capite videt Daniel quatuor bestias, qua significant quatuor monarchias, et regnum Antichristi. Secundo, vers. 9, videt Deum Patrem, quasi senem, judicantem de Antichristo et de Christo, qui Christo causam et regnum adjudicat. Tertio, vers. 21, describit regnum Antichristi: Quarto, vers. 21, describit regnum Christi et Sanctorum, quod omnibus aliis succedit, erique gloriosum et eternum.

1. Anno primo Baltassar regis Babylonis, Daniel somnum vidit: visio autem capituli ejus in cubili suo: et somnum scribens, brevi sermone comprehendit: summamque perstrin-

gens, ait: 2. Videbam in visione mea, nocte, et ecce quatuor venti cœli pugnabant in mari magno. 3. Et quatuor bestie grandes ascendebant de mari diversæ inter se. 4. Prima quasi leona, et alas habebat aquila: aspiciebam donec evulse sunt alas ejus, et sublata est de terra, et super pedes quasi homo stetit, et cor hominis datum est ei. 5. Et ecce bestia alia similis ursi in parte stetit: et tres ordines erant in ore ejus, et in dentibus ejus, et sic dicebant ei: Surge, comede carnes plurimas. 6. Post huc aspiciebam, et ecce alia quasi pardus, et alas habebat quasi avis, quatuor super se, et quatuor capita erant in bestia, et potestas data est ei. 7. Post huc aspiciebam in visione noctis, et ecce bestia quarta terribilis, atque mirabilis, et fortis nimis, dentes ferreos habebat magnos, comedens atque comminuens, et reliqua pedibus suis conculebat: dissimilis autem erat ceteris bestiis, quas videram ante eam, et habebat cornua decem. 8. Considerabam cornua, et ecce cornu aliud parvulum ortum est de medio cornu: et tria de cornibus primis evulsa sunt a facie ejus: et ecce oculi, quasi oculi hominis erant in cornu isto, et os loquens ingentia. 9. Aspiciebam donec throni positi sunt, et Antiquus dierum sedet: vestimentum ejus candidum quasi nix, et capilli capitum ejus quasi lana munda: thronus ejus flammæ ignis: rotas ejus ignis accensus. 10. Fluvius igneus, rapidusque egrediebatur a facie ejus. Millia millium ministrabant ei, et decies millies centena millia assistebant ei: iudicium sedet, et libri aperti sunt. 11. Aspiciebam propter vocem sermonum graodium, quos cornu illud loquebatur: et vidi quoniam interfecta esset bestia, et periret corpus ejus, et traditum esset ad comburendum igni: 12. aliarum quoque bestiarum ablata esset potestas, et tempora vita constituta essent eis usque ad tempus et tempus. 13. Aspiciebam ergo in visione noctis, et ecce cum nubibus cœli quasi filius hominis veniebat, et usque ad Antiquum dierum pervenit: et in prospectu ejus obtulerunt eum. 14. Et dedit ei potestatem, et honorem, et regnum: et omnes populi, tribus, et lingue ipsi servient: potestas ejus, potestas æternæ, quæ non auferetur: et regnum ejus, quod non corrumperet. 15. Horruit spiritus meus, ego Daniel territus sum in his, et visiones capitum mei conturbaverunt me. 16. Accessi ad unum de assistentibus, et veritatem quereram ab eo de omnibus his. Qui dixit mihi interpretationem sermonum, et docuit me: 17. Haec quatuor bestie magna, quatuor sunt regna, quæ consurgent de terra. 18. Suscipiantem regnum Sancti Dei altissimi: et obtinebunt regnum usque in seculum et seculum sæculorum. 19. Post hoc volui diligenter discere de bestia quarta, quæ erat dissimilis valde ab omnibus, et terribilis nimis: dentes et ungues ejus ferrei: comedebat, et comminuens, et reliqua pedibus suis conculebat, 20. et de cornibus decem, quæ habebat in capite: et de alio, quod ortum fuerit, ante quod cedicerant tria cornua: et de cornu illo, quod habebat oculos, et os loquens grandia, et magis erat ceteris. 21. Aspiciebam, et ecce cornu illud faciebat bellum adversus sanctos, et prævalebat eis, 22. donec venit Antiquus dierum, et iudicium dedit sanctis Excelsi, et tempus advenit, et regnum obtinerunt sancti. 23. Et sic ait: Bestia quarta, regnum quantum erit in terra, quod magis erit omnibus regnis, et devorabit universam terram, et conculebit, et comminuet eam. 24. Porro cornua decem ipsius regni, decem reges erunt: et alius consurgat post eos, et ipse posterior erit prioribus, et tres reges humiliabit. 25. Et sermones contra Excelsum loqueruntur, et sanctos Altissimi conteret: et putabit quod possit mutare tempora, et leges, et tradentur in manus ejus usque ad tempus, et tempora, et dimidium temporis. 26. Et iudicium sedebit, ut auferatur potentia, et conteratur, et disperat usque in finem. 27. Regnum antem, et potestas, et magnitudo regni, quæ est subler omne celum, detur populo sanctorum Altissimi: cuius regnum, regnum sempiternum est, et omnes reges servient ei, et obedient. 28. Hucusque finis verbi. Ego Daniel multum cogitationibus meis conturbabar, et facies mea mutata est in me: verbum autem in corde meo conservavi.